


Sermones Sancti Augustini; et Defensor Sanbrovad de Coenobio

N. Inv. 1224.

Liber Magistri Johannis Dambrowka Sacre theologie et Canonum doctoris Custodis Belziensis et Canonici Cracoviensis

ac certus v Que perfuderat deus gratia

ut ab hominibus amaretur et cla- Erat enim

in sermone uerax in iudicio iustus in con

silio prouidus in karitate constitutus in

uniuersis morum pre clarus v In commisso

quoque fidelis in interuentu strenuus Animi

Adhuc tantum sub clamide xpisti militem agebat

absconditum ut deo redderet animas quas dyabo

lus conabatur auferre v Verba Blandimentis cotti

die uiris marcelliano et marco tractabat blandi

menta respuerit et momentanea tormentorum genera

non timeret ps Dne ds V Sebastianus vir christianissimus

quem occultabat militaris habitus et clamidis sue ob

umbrabat aspectus ps Dne qs Iste cotidie sedulus

exer cebat officium et christianorum animas que

in tormentis videbat deficere confor tare V

Erat enim in sermone et Hec uxor nicostra

ti dixit beato sebasti ano Beatus es tu et

benedictus sermo oris tui per christum

dominum nostrum V Benedicti qui in omnibus

Incipiunt Capitula de Sermonibus Sancti Augustini ad tres Evangelistas videlicet Matheum Lucam et Johannem.

Sermones Sancti Augustini de verbis domini in Evangelio secundum Matheum:

In ewangelio s(ecundu)m matheum. Agite p(e)n(ite)ntiam appropinquabit enim regnum dei. Mt. 4.

M vwy audiuimus et i(n) eo d(omi)num nos arguentem. Qui faciem celi
novistis p(ro)bare et tempus fidei regni celorum appropinquantis nescitis
invenire. Judeis enim hec dicebat, s(ed) ad nos s(er)mo p(er)tinet. D(omi)n(u)s I.
autem ipse ihesus x(ristu)s exordium sui p(re)dicationis ita cepit. Agite p(e)n(itentia)m appropinquabit
enim regnum celorum. Et Joh(ann)es ewangelista ap(osto)lus eius filius. Et Johannes
baptista et p(re)cursor eius cepit. Agite p(e)n(itentia)m appropinquabit enim regnum celorum. Mt. 3.
Et modo corripit d(omi)n(u)s qui nolunt agere p(e)n(itentia)m appropinquante regno celorum.
Et tamen regnum celorum sicut ipse ait non veniet cum observatione. Et iterum
ipse ait. Regnum celorum intra vos est. Provideat ergo accipiat unusquisque
monita p(re)ceptoris. Non p(er)dat t(em)p(u)s nunc salvatoris, quo modo impenditur
quam diu humano generi parcitur. Ad hoc enim parcitur homini ut convertatur et non sit
qui dampnetur. Videat deus cum venerit finis seculi. Et tu modo t(em)p(or)e
fidei finis seculi nescio et fortasse utrum hic aliquem nostrum inveniat. Nescio et fortasse
non inveniet. Tempus cuiusque nostrum proximum est quia mortales sumus. Inter casus
ambulamus. Et si vitrei essemus minus casus timeremus. Quid fragilius
vase vitreo et tamen servatur et durat p(er) secula. Et si enim casus vitro timentur
senectus ei et febris non timentur. Nos ergo fragiliores et infirmiores sumus
qui et casus omnes qui non cessant in rebus humanis fragilitate utique
nostra cottidie formidamus. Et si ipsis casus non attendat, t(em)p(u)s ablat
vitat homo ictum nunquam vitat exitum, vitat que extrinsecus eveniunt
nunquam quod intrinsecus pellit. Deinde nunc libitas gignunt
interdum. Nunc morbis quibus subito occupat. Postremo quantu(m)cumque
vis homo parcat, novissime senectus cum venerit non est quo differat. Adversari(us)
Ut inde audiamus dominum in nobis ipsis agamus quod precipit. Videamus
quis est ille adversarius de quo nos terruit dicens. Si vadis cum adversario S(er)mo 2
tuo ad principem da operam in via liberari ab illo ne forte tradat
te principi et princeps ministro et mittaris in carcerem. Unde non exies
donec solvas novissimum quadrantem. Quis est iste adversarius dyabolus. Ne
liberati simus ab illo, quale pretium pro nobis datum est ut ab illo redi-
mamur. De quo dicit apostolus de ipsa redemptione nostra. Qui eruit nos
de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii claritatis sue. Redempti
sumus, dyabolo renunciavimus quo da(bis) operam liberari ab illo
ne nos iterum faciat captivos peccatores. Sed non est ipse adversarius de
quo nos dominus commonet, alio loco enim alius ewangelista sic posuit
est. Ut si utriusque verba iungamus et utriusque verba duorum ewangelistarum compensemus
adversarium istum cito intelligemus. Ecce enim hic quod dixit. Cum va-
dis ad principem cum adversario tuo da operam in via liberari ab illo.
Alius autem ewangelista hoc posuit sic dixit. Esto consentiens adversario tuo cito Mt. 5.
dum es cum illo in via certa siler sit, ne forte adversarius tradat te iudici
iudex ministro, minister in carcerem. Ambo ewangeliste similiter hoc explicaverunt
unus dixit da operam liberari ab illo. Alter dixit consenti illi. Nunquid dyabolo hoc.

cui debeat consentire, proximus. Quaeramus ergo istum adversarium, cui debeamus
consentire, ne tradat nos iudici, et iudex ministro. Quaeramus illum et
consentiamus illi. Si peccas, adversarius tuus sermo Dei est. Verbi causa:
forsitan delectat te inebriari; dicit tibi: Noli. Adversarius est nostrae voluntati.
O quam boni adversarii, quam utiles adversarii! Non quaerit nostram voluntatem,
sed utilitatem. Adversarius est nobis, quamdiu sumus et ipsi nobis. Quamdiu
tu inimicus es, inimicum habes sermonem Dei. Esto tu amicus, et concor-
dabis cum illo. Non homicidium feceris: audi et concordasti. Non fal-
sum testimonium dicas: audi et concordasti. Non furtum facias: audi et
concordasti. Non concupisces uxorem proximi tui: audi et concordasti.
Non concupisces rem proximi tui: audi et concordasti. In his omnibus cum
tuo isto adversario concordasti, et quid perdidisti? Non solum nihil perdidisti,
sed et te ipsum, qui peribas, invenisti. Via tua ista est. Si concordamus
cum illo, si consentimus illi, finita est via, non timebimus iudicem, ministrum,
carcerem. Quando finitur via? Non omnibus una hora finitur. Unusquisque habet
tempus suum. Quando finitur via? Vita ista finita est; quando tu finisti istam vitam, finisti
viam. Ambulamus, et ipsum vivere accedere est. Nisi putatis forte
quod tempus accedit, et nos stamus. Non potest fieri: quomodo accedit tempus, accedimus
et nos; et non anni nobis accedunt, sed magis discedunt. Valde errant
homines qui dicunt: Puer iste adhuc nihil sapit; accedunt illi anni
et prudens erit. Attende quid dicas: accedunt, dixisti; ego ostendo
quod decedunt, cum tu dicis accedunt. Et audi quam id facile probatur.
Putemus nos scisse annos ipsius ex quo natus est. Verbi gratia, bo-
no putemus illi oportere octoginta annos vivere, et praevenimus eum ad senectutem.
Scribe octoginta annos; vixit unum annum; quot habet in summa?
quot tenebas? octoginta; deduc unum. Vixit decem: septuaginta
restiterunt. Vixit viginti: sexaginta restiterunt. Certe attendebant
homines: venerunt ut abeant anni mei. Venerunt, inquiunt; et aiunt:
Non enim venerunt ut stent nobiscum, sed cum transeunt per nos, terunt
nos, et minus minusque valentiores nos faciunt. Cum via ista, in qua venimus,
sumus cum adversario, id est cum sermone Dei, concorda cum illo.
Cum via finita fuerit, iudex restat,
necesse enim quando via finiatur. Cum via finita fuerit, iudex restat,
et minister et carcer. At si servaveris adversario tuo bona voluntate et consensu,
confessus pro iudice invenies patrem, pro ministro seu angelum tollentem in
sinum Abrahae, pro carcere paradisum. O quam cito in via tota mutasti,
quia tuo adversario consensisti. Item sermo super Luceat lux vestra
coram hominibus ut videant opera vestra etc. et quod attendite ne iustitiam vestram faciatis coram
hominibus ut videamini ab eis.

Mt :7. 2.

Solet multos movere, fratres mei, quod Dominus noster Iesus Christus in sermone evangelico
cum prius dixisset: Luceat lux vestra coram hominibus ut videant
bona opera vestra et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est, postea dixit:
Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab
eis. Turbatur enim mens parum intelligentis, et praecepto utrique obau-
dire cupientis, et per diversa et ad diversa distenditur. Iam enim nemo potest

quamuis ipsi domino obtemperare repugnans iubenti quia nemo potest eis
duobus dominis seruire. Quod eodem sermone saluator ipse testatus est.
Quid ergo faciet animus mutabilis cum se obtemperare non posse existimat
et non obtemperare formidat. Si enim bona opera sua in luce posuit
hominibus intuenda ut faciat quod preceptum est Sic luceat coram
hominibus lumen vestrum ut videant bona opera vestra et glorificent patrem
vestrum qui in celis est. contra se facere arbitrabitur quod preceptum se videt
Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Rursus quod
si hec timebit et cauebit ea que bona facit abscondit non se putabit seruire
imperanti et dicenti. Luceat lumen vestrum coram hominibus ut videant
opera vestra bona. Qui autem vere intelligit utraque implet et seruit
peritissimo domino qui seruum pigrum non dampnaret si ea que fieri
nullo modo potuerant imperaret. Audi enim paulum seruum ihesu christi vocatum
apostolum segregatum in euangelium dei utrumque et facientem et docentem.
Videte quemadmodum luceat lumen eius coram hominibus ut videant
bona opera eius. Commendantes inquit nosmetipsos ad omnem conscientiam
hominum in conspectu dei. Et iterum. Prouidemus enim bona non solum coram deo sed
et coram hominibus. Et iterum placete omnibus per omnia sicut et ego per omnia
omnibus placeo. Videte rursus quemadmodum attendat ne faciat
iusticiam suam coram hominibus ut videatur ab eis. Opus autem suum probet
unusquisque et tunc in semetipso gloriam habebit et non in altero. Et iterum
Nam gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Et illud quo nichil est manifestius
Si adhuc inquit hominibus placerem christi seruus non essem. Sed ne quis
eorum qui de preceptis quasi repugnantibus ipsius domini mouentur multo magis
apostolo eius moueatur quomodo dicat. Quomodo tu dicis placete hominibus per
omnia sicut et ego omnibus per omnia placeo. et tu item dicis Si adhuc
hominibus placerem christi seruus non essem. Adsit ipse dominus qui et in seruo suo
et apostolo loquebatur et aperiat nobis voluntatem suam et tribuat obediendi
facultatem. Ipsa quippe verba euangelica secum portant exponens
suas nisi intercludunt ora esurientium que pascunt corda pulsantium.
Intentio quippe cordis humani quo dirigatur et quid expetit intuendum est.
Si enim qui vult videri ab hominibus opera sua bona gloriam et utilitatem
suam ponit aut honores et hec igitur hominum querit. Nec eorum quod de hac re
dominus preceptum implet. quia et attendit facere iusticiam suam coram hominibus
ut videatur ab eis. et non sic luxit lumen eius coram hominibus ut ad
hunc videant bona opera eius ut glorificent patrem eius qui in celis est.
Se quippe voluit glorificari non deum et sua quesiuit utilitatem non
dilexit dominicam voluntatem. De qualibus dicit apostolus Omnes enim que sua sunt querunt
non que ihesu christi. Itaque non illic finita est sententia ubi ait. Sic luceat
lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona. sed continuo subiunxit
ut glorificent inquit patrem vestrum qui in celis est. ut hoc cum bona agens
videtur ab hominibus intentionem bonorum factorum habeat in gloria sua. intentionem non

in mente scedi non habeat vel in laudibus dei propter eorum quisque in mente sit utilitatem
quisque hoc prodest ut deus placeat qui hoc constituit homini, atque ita non
desperent et sibi si voluerint hoc posse prestari. Itaque alia summa verba att
Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, non alibi exclamavit
mauit quam ubi dixit ut videamini ab eis. Hac addidit, et glorificet
ficet patrem vestrum qui in celis est, sed potius addidit: Alioquin mercedem non
habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Hinc enim ostendit eos qui tales sunt
quales fideles suos esse non vult, in eo ipso mercedem querere mer-
cedem querere quod videntur ab hominibus, ibi constituere bonum suum, ibi ob-
lectari vanitate cordis sui, ibi exinaniri et inflari, ibi tumescere et
tabescere. Non enim non sufficit ut diceret: Attendite ne iustitiam
vestram faciatis coram hominibus, sed addidit: Ut videamini ab eis.
Non enim quia sunt quidam qui sic faciunt iustitiam suam coram hominibus, non ut
videantur ab eis, sed ut ipsa opera videantur, et glorificetur pater qui in celis est,
qui eam iustificatis impiis donare dignatus est. Qui tales sunt, non
suam iustitiam deputant, sed eius ex cuius fide vivunt. Unde et apostolus dicit:
Ut Christum lucrifaciam et inveniar in illo, non habens meam iustitiam que ex
lege est, sed eam que est per fidem Christi que est ex deo iustitia ex fide. Et in alio
loco: Ut nos simus iustitia dei in illo. Unde et videos ita reprehendit:
Ignorantes enim dei iustitiam et suam volentes constituere, iustitie dei
non sunt subiecti. Quisquis ergo ita vult videri ab hominibus opera sua
ut ille glorificetur a quo ea que videntur acceperit, et ad ipsum invicem
bonum ipsi qui vident pietate fidei provocentur, vel lucem eius luceat
coram hominibus, quia lux dei in eum radiat, non superbie fumus
evomitur. Et ideo ipse cavet ne iustitiam suam faciat coram hominibus
ut videatur ab eis, quia non suam deputat illam iustitiam, nec ideo facit
ut ipse videatur, sed ut ille intelligatur qui laudatur in homine iustificato,
ut faciat in laudante quod laudatur in alio, id est ut laudantem faciat
esse laudabilem. Attendite et apostolum cum dixisset: Placete omnibus
per omnia, sicut et ego omnibus per omnia placeo, quod non ideo remansit
qui ibi constituerit finem intentionis sue ut placeat hominibus. Alioquin
falsum dixisset: Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.
Constituti sub Christo, que omnibus placet non querens quod mihi utile
est, sed quod multis ut salvi fiant. Itaque non placebat hominibus
propter illorum salutem sua utilitate, ne et ipse non esset, sed placebat
hominibus propter illorum salutem, ut Christi esset dispensator, perdonec quod et illi
coram deo conscientia sufficiebat, et dei coram hominibus quod imitaretur
eluceat. Ite in pace; hoc dixit et docuit, magis nobis ire te.

Cap. 7. Quod nobis pro officio competat dicere, vobis autem conveniat pro devotione
audire, quid tamen in tanti tanquam pertineret potius agnovi, scilicet
contingere quam ut quod religiose dicitur et devote audiatur, ob-
sequiis competentibus teneatur. Nam si religiosa non tam eluta est

tacie dispendium. Quanto itaque potiora sunt potenciu preeminencium
operibus effectum mirantur quoque magistris celestibus et dicitur et te-
par enim tam docenti et audienti constringit, utrumque professio stcorum
testificatione sit, et quamvis dissimile doctoris discentis quoque officium
tamen utrisque debetur statutorum legum obsequium ut iungantur factis qui
separantur officiis, copulentur opere qui divisi sunt nomine. Et quos
vocabula ab invicem separant, eos observancia preceptorum fidelis
ac devote coniugat. Quia esse sit, sit utrisque diversus actus sit
sed observancie par sit utrique, utrisque effectus sit factorum in
ambobus conspicietur aspectus. Quamvis diversus est in vocabulis sonus. Nam
doctori enim molesta est tamen nunc facere ut precipere nunc observare. Sic dis-
centi non audire velle quod nolit impere. Discens non auditum
accomodare et ab opere nolunt autem. Ceterorum qui facit quod docet
et quoque imperat complet maximum celestibus sua a domino de-
claratur. Et non qui quod discit negligit et qui quod audit con-
temnit. Salutis reus existit, quod observanda contempsit, et peccata
non vitavit. Amat enim mortem qui vite precepta non servat, et
horret vitam qui peccata morti debita desperata morte fre-
quentat. Ut enim per observanciam legis vita acquiritur. Ita per contemptum
mors consummatibus ingeritur. Dicente domino. Si vis ad vitam ingredi serva
mandata. Ita enim professus doctor liber est a discente que docuit
ut discipulus contemptor inexcusatus est qui facienda didicit
et contempsit. Nam et doctor egrio quamvis affligitur, et obsequitur
discipuli expectatur plectitur qui facienda aliis tradit, quod ipse non fe-
cit nunc a discipuli quos docuit potuisse edisce, ut quamvis doce
tradidat magisterium nunc ab hiisdem factorum imitarentur exemplis.
Nam enim professio in legum est noticia constituta. Cum scriptum sit. Non ex
auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustifica-
buntur. Nam enim inquantum est religiosus et sciens est qui novit legem,
cessantibus factis, cum magis expediat facere quam docere. Quia mo-
lestum est docere et non facere. Vos amici mei estis inquit si feceritis
que ego mando vobis. O magna bonitas dei, cui cum per condicionem
reddere debeamus obsequia, utpote sui domini famuli domino subiti
potestati, mancipia redemptori. Amiciciarum nobis premia repromittit
ut nobis obsequia debita servitutis extorqueat, ut quos nolle
servire aspicit, sponte suo beneficiorum possit promissionibus invitare.
Ut quorum noluntates a se conspicit alienas, eorum mentes premiorum
liberalitatibus constituat suas. Nam in frequenter ad invitat premio
quem terret supplicio. Interit benignitatis consilio a se formato homi-
ne consulat, redempto provideat, ut quem non terret supplicio invitet pre-
mio. Et quem metus ad subveniendum non possit, promissionum benigni-
tas possit. Cupit et volentibus subvenire. Desiderat miseri peccati
cui si peccavit dignos fructus exhibeat penitencie. Invitat enim eos videlicet.

si dei indulgiam inihant non contempnat. Amat enim corrigi peccatores
qui in vita non in morte a principio constituit homines. Ipse enim sibi infert
interitum qui medentis dominum contempnit consilium. Redeunt inique ad me
et veniar ad vos. Et iterum Nolo mortem peccatoris tantum convertatur et vivat.
Non vult dubium in quemquam donari mortem. Non vult in penam deduci
hominem quem in vita constituit. Ceterum homo ipse se dignum efficit morte
qui non paruit legi. Adit vitam qui divina contempsit disciplina.
Nam tamen vellet deus homini demonstrare quod observati vita contempneti
affinit mortem. Ita de contemptu vita non potius puerire ut de
observancia mores enerrendo potuit ut ita homo quod voluit inveniat.
et eo quod iniit inducere. et hoc totum in hominibus nostre constitit. qui hec ex
qualitate vite nitum quod exhibet invenit. Quare his sollicitate pensis
in unum salutis et in unum periculum enascatur. salutis commoda diligenti observ-
atia teneamus et periculorum incommoda de legis contemptu
providi caveamus. et dum tenentes prospera et repellentes adversa in
conspectu domini inveniamur. absque malis cum omnibus sanctis in eterna secula. Amen

Sermo ... quod dixit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis.

h[ic] 7.

Sermo ... In eterni capituli quod modo cum legeretur audivimus valde nos terruit
si fidem habeamus. Eos autem non terruit qui fidem non habent. et quanto terret
eos volunt ex proprie securitate respicientes distribuere et distinguere
tempora timoris et securitatis. Timeat ergo qui videtur modo in vita cum fine qui
possit in illa vita habere securitatem sine fine. Si ergo timemus quis enim
non timeat loquentem veritatem et dicentem. Qui dixerit fratri suo fatue
reus erit gehenne ignis. linguam enim nullus hominum domare potest. et homo
domat feram et non domat linguam. Domat leonem et non refrenat
sermonem. Domat ipse et non domat se ipsum. Domat quod timebat
et ut se domet non timet quod timere debebat. Sed quod sit sententia ista
ista processit de oraculo veritatis. Linguam autem nullus hominum domare potest
Quid ergo faciemus fratres mei. video me quidem ad multitudinem loqui
sed quia unum sumus omnes in christo consilium in secreto consilium capiamus
sed quia unum sumus omnes in christo ... quod facie-
nullus nos audit ... unum sumus. quia in unum sumus quid faciemus
Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. linguam autem
nullus hominum domare potest. Ibunt ergo omnes in gehennam ignis. Absit.
Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Ira tua iusta est
neminem in gehennam mittis iniuste. Quo ibo a spiritu tuo et a te quo
fugiam nisi ad te. Ergo intelligamus karissimi quia si linguam nullus hominum
domare potest. ad deum cum fugiendum est quod domet linguam nostram. Si
enim tu eam domare volueris non potes quia homo es. linguam nullus hominum
domare potest. Attendite similitudinem ab ipsis bestiis quas domamus.
Equus non se domat. Camelus non se domat. elephantus non se
domat. aspis non se domat. leo non se domat. Sic et homo non se domat.
Sed ut dometur equus bos camelus elefantus leo aspis. queritur homo.
Ergo deus queratur ut dometur homo. ergo domine refugium tu factus es
nobis. Confugimus nos ad te et bene nobis erit de te. Malum est enim nobis

de nobis quia dimittimus et dimisisti nobis nobis. Inveniamus ergo in te quod
perdidimus in nobis. Domine refugium factus es nobis. Quid ergo fratres mei
dubitatis deum quod mansuetos nos faciet dum si nos ei doman-
dos prebeamus. Domuisti leonem quem non fecisti, non domabit te qui
fecit te. Unde enim bestias tam immanes domare potuisti. Numquid es
coequalis viribus corporis. Qua ergo virtute ingentes bestias domare po-
tuisti. Ipsa iumenta que dicuntur bestie sunt, non enim indomita tolle-
ravisti. Ipsa iumenta que dicuntur bestie sunt, non enim indomita tolle-
rant, sed quia eas non novit consuetudo in manibus hominum et sub ferre
hominum et sub potestate hominum putas eas mansuetas nasci potuisse.
Ecce feras immanes attende, fremit leo quis non timeat. Et tamen
vides te fortiorem non corporis virtute sed mentis voce interiori.
Unde te intelligis fortiorem non corporis virtute sed mentis voce interiori.
Fortior es leone, unde, quia factus es ad ymaginem dei. Ymago dei domat
feram et non domat deus ymaginem suam. In illo spes est, ei nos subdamus
et imploremus misericordiam. In ipso spem nostram ponamus ut domemur
et perdomemur et perficiamur. Domitorem feramus, plerumque et perfert
domitor noster flagella. Dicis enim tu ad domanda iumenta tua profers
virgam, perferes flagella. Deus non perfert ad domanda iumenta sua
quod sumus nos qui de iumentis suis faciet filios suos.
Domas equum tuum quid daturus es equo tuo cum te ceperit portare
mansuetus factus disciplina tua obediens imperio tuo, tecum iumentum
tuum et adiumentum infirmitatis tue, et ei retribuisti quem non
saltem sepelis cum mortuus fuerit sed discerpendum volatilibus proicis.
Domitor autem deus hereditatem servat, quod est ipse deus et ad tempus mor-
tuum resuscitabit te, carnem tuam usque ad minimum capillorum reddet
et constituet cum angelis in eternum ubi iam non indigeas domari
sed tantum a piissimo possideri. Erit enim tunc deus omnia in omnibus
neque erit ulla infelicitas que nos exerceat, sed felicitas sola que
pascat. Ipse erit pastor noster, deus noster, ipse potus noster, deus noster, honor
noster deus noster, divitie nostre deus noster. Quecumque hic varia quibus
ipse est unus omnia erit. Ad hanc spem homo domatur et domitorem tole-
rat. Ad hanc spem homo domatur et ergo istum domatorem humilem
si forte flagellum offerat immittat. Audistis exhortationem apostoli.
Si preparetis nos a disciplina ergo nothi estis et non estis filii. Nothi
adulteri. Quis enim est filius cui non dat disciplinam pater eius.
Et carnis quidem nostre nos que patrem habemus correptorem et revere-
bamur eos, non multo magis subiciemur patri spirituum et vivemus.
Quod enim potuit prestare pater tuus qui corripuit te, verberavit te
quia flagella pertulit et cecidit te. Numquid prestare potuit ut viveres
in eternum, quod non potuit prestare eo quod prestaret tibi ipse pecuniam
suam quamtulamcumque quam de usuris et laboribus collegit erudiebat
te flagellis ne tibi dimissis laboribus eius temere vivente dispergeret.

Et credidit filium timens pro laboribus suis quod reliquit et quod ut
teneret hic potuit non auferre. Non enim hic ad tibi dimisit quod ipsius
esse possit. Cessit ut sit credens Deus autem tuus, redemptor tuus
ordinator tuus, castigator tuus, erudit te pater tuus, quare ut acci
pias hereditatem ubi non efferas patrem, sed hereditatem habeas ipsum patrem.
Ad hanc spem erudiris et murmuras, et si quid triste accidit fortas
se blasphemas, et non ibis a spiritu eius, ecce dimittit te et non fla
gellat, deficit blasphemare. Non sentiens indignantem, numquid non
melius est ut flagellat te et recipiat te, quam parcat tibi et deserat
te. Dicamus ergo domino nostro: Domine refugium factus es nobis in generatione
et generatione. In prima generatione et altera generatione refugium factus es nobis
tu refugium ut renasceremur qui mali eramus, tu refugium ut
pasceres desertores tuos, tu refugium ut erigas et dirigas filios
tuos, tu refugium factus es nobis a te non recedamus, tu liberasti
nos ab omnibus malis nostris, et implevisti nos bonis tuis.
Bona das blandiris ne fatigemur in via temporis, corripis, cedis, per
cutis, dirigis ne aberremus in via. Sive ergo blandiris ne fa
tigemur in via, sive castigas ne aberremus in via, Domine refu
gium factus es nobis. Sermo in evangelio Luce cap. [illegible] petite et dabitur vobis
In lectione sancti evangelii hortatus est dominus ad quaerite et invenietis
orandum. Petite inquit et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et
aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit et quaerens inveniet et pul
santi aperietur. Aut quis est ex vobis homo a quo petit filius eius panem
numquid lapidem porriget ei. Aut si piscem petierit numquid serpentem
porriget ei. Aut si petierit ovum numquid scorpionem porriget ei.
Si ergo vos inquit cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris
Miranda res fratres mali sumus et bonum patrem habemus. Quid
evidentius. Audivimus nomen nostrum. Cum sitis inquit mali bona data
dare nostis filiis vestris. Et quos dixit malos videte qualem patrem
illis ostendit quanto magis pater vester. Quorum pater utique malorum. Et qualis pater.
Nemo bonus nisi solus deus. Ergo fratres ideo mali bonum patrem habemus
ne semper mali remaneamus. Nemo malus facit bonum. Si nemo
malus facit bonum homo malus quomodo facit se bonum. Facit de malo
bonum qui semper est bonus. Sana me inquit domine et sanabor, salvum me
fac et salvus ero quoniam laus mea tu es. Quid mihi dicitis vani vana.
Tu te salvum facis si volueris. Sana me domine et sanabor. Nos
boni conditi sumus a bono. Fecit enim deus hominem rectum, voluntate autem
nostra facti sumus mali. Potuimus esse ex bonis mali, et poterimus
esse ex malis boni. Sed qui semper est bonus bonum ipse facit ex malo bonum.
Quippe homo non potest sua se sanare non potuit. Non quaeris medicum ut
vulneret te sed tu vulnerasti te quaeris qui sanet te. Bona ergo secundum tempus
bona temporalia corporalia carnalia novimus dare filiis nostris.

7

et tu summum malum. Bona enim sunt ista. Quis dubitet? piscis, ovum, panis,
pomum, frumentum, lux ista, aer iste, quae dicimus bona sunt.
Haec ipse divitiae, quibus homines extolluntur, et pares suos homines
non agnoscunt, in quibus inquam homines extolluntur magis amatores
vestis fulgentis quam cogitatores communis cutis. Ipse ergo divitiae
bone sunt. Sed ista omnia bona quae commemoravi, et boni et mali
habere possunt, et cum bona sint, bonos tamen facere non possunt. Ergo bonum quod
faciat bonum, et est bonum unde faciat bonum. Bonum quod faciat deus
est. Non enim facit hominem bonum nisi ille qui semper est bonus. Ergo ut sis bonus
deum invoca. Aliud autem bonum est unde facias bonum, id est quidquid habueris.
Aurum et argentum bonum est, non quod te faciat bonum, sed unde facias
bonum. Habes aurum, habes argentum, et concupiscis argentum. Habes et
concupiscis, et plenus es et sitis. Morbus est et non opulentia. Sunt homines
in morbo huiusmodi, pleni sunt humoris et sitiunt. Huiusmodi pleni sunt et humore
et sitiunt. Quomodo ergo delectaris opulentia qui habes ydropem con-
cupiscentiae. Habes ergo aurum, bonum est; habes non unde sis bonus, sed unde facias
bonum. Quod bonum inquis faciemus de auro suo? Non audisti psalmum?
Dispersit, inquit, dedit pauperibus, iustitia manet eius in saeculum saeculi. Hoc est
bonum, hoc est bonum unde bonus es, iustitia. Si habes bonum unde sis bonus,
fac bonum de bono unde non es bonus. Habes pecuniam, eroga; ero-
gando pecuniam auges iustitiam. Dispersit enim, distribuit,
pauperibus iustitia eius manet in saeculum saeculi. Vide quid minuatur et quid augeatur.
Minuitur pecunia, augetur iustitia. Illud minuitur quod eras dimis-
surus, illud minuitur quod eras relicturus, illud augetur quod in aeternum es
possessurus. Consilium do lucrorum, disce mercari. Laudas enim mer-
catorem qui vendit plumbum et acquirit aurum, et non laudas mer-
catorem qui erogat pecuniam et acquirat iustitiam. Sed ego, inquis,
non erogo pecuniam quia non habeo iustitiam. Eroget pecuniam qui
habet iustitiam; ego iustitiam non habeo, habeam vel pecuniam. Ergo quia non
habes iustitiam, ideo non vis erogare pecuniam? Magis eroga pe-
cuniam ut habeas iustitiam. A quo enim habebis iustitiam nisi a deo
fonte iustitiae? Ergo si vis habere iustitiam, esto mendicus dei, qui te
paulo ante ex evangelio ut peteres, quaereres, pulsares monebat.
Mendicum suum sciebat, et ecce paterfamilias et magnus dives
divitiarum scilicet spiritualium et aeternarum hortatur et dicit tibi: Pete, quaere,
pulsa. Qui petit accipit, quaerens inveniet, et pulsanti
aperietur. Hortatur ut petas, negabit quod petis? Attende e contrario similitudinem
vel comparationem, sicut de illo divite iniquo hortante nos ad orationem.
Quidam, ait, iudex erat quidam in civitate quadam, qui deum non timebat nec
hominem verebatur. Quaedam vidua interpellabat eum cottidie et dice-
bat: Vindica me. Nolebat ille per tempus. Illa interpellare non desinebat.

bonum quod facit
bonum unde facias

Luc. 18.

Et se tedio quod nolebat beneficio. Sic egrotos nos admonuit ut
petamus. Venit inquit ad amicum suum cui hospes venerat et cepit
pulsare et dicere hospes michi venit commoda michi tres panes. Respondit ille
Iam requiesco et mecum servi mei requiescunt. Ille non cessat, ad-
stat. instat. pulsat. et tamquam amicus ab amico mendicat. Et quid ait.
Dico vobis quia surget et non propter amicitiam eius sed propter improbitatem dat illi
quantos voluit. Non propter amicitiam quamvis amicus sit sed propter improbitatem.
Quid est propter improbitatem quia pulsare non destitit, quia et cum esset nega-
tum non se avertit. Ille qui nolebat dare quod petebatur, fecit quia ille in pe-
tendo non defecit. Quanto magis dabit bonus qui nos hortatur petamus
cui displicet si non petamus. Sed cum aliquando tardius dat quod dat, dona
non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur, cito autem data
vilescunt. Pete quere insta, petendo et querendo crescis ut capias.
Servat tibi deus quod non vult cito dare ut et tu discas magna desiderare
Ideo oportet semper orare et non deficere. Sic igitur mendicos suos nos fecit deus
fratres mei. Monendo nos et hortando et iubendo ut petamus queramus
pulsemus. Attendamus et nos qui a nobis petunt, petimus nos, a quo petimus
qui petimus, quid petimus, a quo vel qui vel quid petimus. Petimus a deo bono
homines mali, petimus autem iusticiam unde simus boni. Hoc ergo petimus quod in eternum
habeamus quo cum saturati fuerimus ulterius non egeamus. Sed ut saturemur
esuriamus et sitiamus esuriendo autem et sitiendo petamus queramus pulsemus
Beati enim qui esuriunt et sitiunt iusticiam, quare beati esuriunt et sitiunt
et beati sunt, aliquando egestas beata est. Non inde beati sunt quia esuriunt et sitiunt.
sed quia ipsi saturabuntur. ibi erunt beati dum in saturitate, non in fame. Sed precedat
saturitatem fames. Ne fastidium perveniat ad panes, ergo diu agamus
petamus qui petamus quid petamus. Sed petimus et a nobis mendicant
dei sumus. Ut agnoscat et mendicos suos, agnoscamus et nos
mendicos. Sed et ibi et cogitemus qui petunt a nobis qui petunt, homines
a quibus petunt ab hominibus, qui petunt mortales, a quibus petunt a
mortalibus, qui petunt fragiles, a quibus petunt, a fragilibus, tam
miseri qui petunt quam a quibus petunt. Excepta substantia facultatum tales
sunt qui petunt quales sunt a quibus petunt. Qua fronte habes petere 1
ad dominum tuum qui non agnoscis parem tuum. Non sum inquit talis
absit a me ut talis sim, inflatus obsericatus. Ista loquitur de pannoso.
Sed ego interrogo inter vos, non interrogo in vestibus quales sitis sed
quales nati fuistis ambo nudi, ambo infirmi, ambo miseram
vitam inchoantes, ideo ambo plorantes. Ecce recolo divites pri-
mordia tua, video quid huc attuleris. Iam invenisti et tanta
invenisti. dic rogo te quid attulisti. dic quid attuleris, aut si
dicere erubescis, apostolum audi. Nichil intulimus in hunc mundum inquit.
Sed forte quia non attulisti tamen multa invenisti, ad hic tecum ablaturus es,

Et hic fortasse amore divitiarum trepidas. Concitus audi ergo apostolum dicentem
Quem te non palpat. Nichil intulimus in hunc mundum. Utique qui nati sumus.
Sed nec auferre aliquid possumus. Utique qui de mundo eximus. Nichil attulisti
nichil hinc auferes. Quid te inflammas contra pauperem? Quando nascuntur infantes
recedat de medio parentes, famuli, clientes, recedat de medio turba
obsequentes, et agnoscantur pueri divites flentes. Pariant simul
dives et pauper, pariant simul mulier dives et mulier pauper. Non atten-
dunt quod pariunt, discedant paululum, redeant et agnoscant.
Ecce dives, nichil attulisti in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid poteris.
Quod dixi de natis, hoc dico de mortuis. Certe quando aliquo casu veteta
sepulcra franguntur, ossa divitis agnoscuntur? Ergo dives audi apostolum:
Nichil intulimus in hunc mundum. Agnosce, verum est. Sed nec auferre quid possumus.
Agnosce et hoc verum est. Quid ergo sequitur? Victum et tegumentum habentes his con-
tenti simus. Nam qui volunt divites fieri incidunt in temptationem et desideria
multa et noxia que mergunt hominem in interitum et perditionem. Radix enim
omnium malorum est avaricia, quam quidam sequentes a fide pererraverunt.
Attende quid dimiserunt. Doles quia hec dimiserunt. Vide quo se inseruerunt.
Audi: a fide pererraverunt et inseruerunt se doloribus multis. Sed qui?
qui volunt divites fieri. Aliud est esse divitem, aliud est velle fieri divitem.
Dives est qui de divitibus natus est. Non quia voluit dives est, sed quia multi he-
reditates dimiserunt ~~ut dimiserunt~~. Video facultates, ~~non~~ non interrogo
voluntates. Hic cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, non di-
vitie, sed cupiditas ~~cupiditates~~. Nam qui volunt divites fieri, qui non curant
vel qui non ardent cupiditatibus, non avaritie facibus, attendunt.
Sed divites sunt, audiant apostolum hodie lectum: Precipe divitibus huius mundi.
Precipe. Quid precipe? Ante omnia non superbe sapere. Nichil enim est quod sic ge-
neret divitie quam superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum,
omne lignum habet vermem suum, et aliud est vermis mali, aliud piri, aliud fabe,
aliud tritici. Vermis divitiarum superbia. Ergo precipe divitibus huius mundi
non superbe sapere. Excludit vitium, doceat usum. Non superbe sapere.
Unde autem superbe sapere? De eo quod sequitur: neque sperare in incerto divitiarum.
Qui non sperant in incerto divitiarum non superbe sapiunt. Si non altum
sapiunt, timent; si timent, non altum sapiunt. Quam multi heri divites
hodie pauperes! Quam multi dormiunt divites et venientibus latronibus
et cuncta auferentibus evigilant pauperes. Ergo non sperent in incerto divitia-
rum, sed in deo vivo qui prestat nobis omnia habundanter ad fruendum
eterna, sed magis ad fruendum eterna quam ad utendum temporalia. Temporalia
tamquam viatoribus, eterna tamquam habitatoribus. Temporalia unde bona faciamus,
eterna unde boni efficiamur. Ergo hoc faciant divites: non superbe sapiant,
neque sperent in incerto divitiarum, sed in deo vivo qui prestat nobis omnia habundanter
ad fruendum. Hoc faciant. Ex eo autem quod habent quid faciant? Audi: divites sint in

Divitijs.

1 thy. 6

sed

Divitiarum vermis superbia

ad vtendum temporalia

i hoc

Ubi thezaurizandum non. Non volo ut pauperes remaneant sed ostendo quo migrent thezaurizent sibi

opibus bonis facile tribuant. Sunt enim viri quos non facit paupertas
difficultas cum facile tribuant. Sunt viri communicent id est pares suos mor-
tales agnoscant. Communicent. Thezaurizent sibi fundamentum bonum in futurum.
Non enim quia dico inquit facile tribuant communicent expoliare eos volo
inanes vel mendicos illos volo. Doceo lucrum tuum ostendo ~~thezauri-~~
~~zent sibi. Non ut perdant dico sed quo migret ostendo~~. Thezaurizent sibi
fundamentum in futurum ut apprehendant veram vitam. Vanitas enim vanitatum
et omnia vanitas. Que abundantia tanta hominis in omni labore suo quo ipse
laborat sub sole. Apprehendenda ergo est vera vita, migrandum est fa-
cultatibus nostris ad locum vere vite ut hic ibi inveniamus quod hic damus.
Mutat illa qui mutat et nos. Date ergo pauperibus fratres mei victum et
tegumentum. His contenti simus. Vel dives habet de divitiis suis unde quod
ab eo postulat pauper victum et tegumentum. Nunquid dico ut inane vel
superfluum? Quid plus de divitiis tuis capis? Dic mihi. Certe omnia super-
flua tua erunt. Que sunt tua superflua sunt pauperibus necessaria. Sed
ego inquis preciosas epulas accipio, preciosis cibis vescor. Pauper
quid vilibus? Vilibus cibis vescitur pauper. Ego inquit preciosis. Interrogo
vos qui fuerint ambo saciati. Preciosus cibus ad te intret quo sit tu
intuearis. Nonne si speculum in ventre haberemus de omnibus preciosis cibis
eructares quos quisque saturatus es. Esurit pauper esurit dives, sa-
turari querit pauper, saturari querit dives. Saturatur pauper de vilibus
cibis, saturatur dives de preciosis cibis. Saturitas equalis est, pos-
sessio vana est quo ambo volunt pervenire. Sed ille per compendium, ille
circuitu. Sed melius inquit michi sapiunt apparata preciosa. Vix fastidio-
si saciantur. Nescis quomodo sapit quod fames acuerit. Nec hec ita dixi ut
divites cogam epulis et cibis pauperum vesci. Utantur divites consuetudine
infirmitatis sue sed doleant aliter se non posse. Melius enim putant si aliter
possit. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris
de infirmitate? Utere cibis electis preciosis quia sic consuevisti quia aliud non
potes quia si consuetudinem mutes egrotas. Concedo, sed utere superfluis,
da pauperibus necessaria. Utere preciosis, da pauperibus vilia. Expectat te,
expectas a deo; expectat in manum tuam que facta est tecum; expectas tu manum
que fecit te. Sed non solum te fecit sed pauperem tecum. Dedit vobis unam viam, istam
vitam. Invenistis vos comites, unam viam ambulatis. Ille non portat, tu
nimium oneratus es. Ille nichil secum portat, tu tecum plus portas quam opus est.
Oneratus es; da illi de eo quod habes et illum pascis et pondus minuis. Date
ergo pauperibus, rogo, moneo, precipio, iubeo. Quid multa? Date pauperibus.
Non enim occultabo caritati vestre quare hunc sermonem necesse habui vobis proferre:
ex quo hic simus euntes ad ecclesiam et redeuntes pauperes interpellant
nos et dicunt ut dicamus vobis ut accipiant a vobis. Nos monuerunt

in dac[?] illos volo

loqui nobis turpe videtur non accipere a vobis. Inaniter nobis arbitrantur laborando
in vobis, expectant aliquid et a vobis. Namque quantum homines, dum sic possumus
nunquam tamen ad corporis utilitatem implendam ydonei sumus. Ecce ergo ad corporis
utilitatem implendam ydonei non sumus ut ad nos legati vestrorum
sumus. Audistis laudastis deo gratias. Semen accepistis verba reddi-
distis. Laudes iste uve generant nobis potius et in periculum mittunt. Col-
ligamus illas et gemimus inter illas. Tamen fratres mei iste laudes
uve folia sunt arborum fructus queritur. Sermo de puero centurionis
et ubi civibus indignum se predicat domini visitantis.

Audivimus cum evangelium legeretur fidem magnam in humilitate laudari. Ad
domum quippe centurionis cum se promitteret dominus Ihesus iturum
ut puerum eius sanaret, ille respondit: Non sum dignus ut intres sub
tectum meum sed tantum dic verbo et sanabitur. Dicendo se indignum prestitit
dignum non in cuius parietes sed in cuius cor Christus intraret. Neque hoc diceret cum
tanta fide et humilitate nisi illum quem timebat intrare domum suam corde
gestaret. Nam non erat magna felicitas si dominus Ihesus intraret in parietes
eius et non esset in pectore eius. Magister quippe humilitatis et verbo et exemplo discubuit
in domo cuiusdam pharizei superbi nomine Symonis, et cum in domo eius
recumberet non erat in corde eius ubi caput filius hominis reclinaret.
Ita enim quemdam superbum quantum intelligitur ex verbis ipsius dominus multos
secum ire cupientem a suo discipulatu revocat. Sequar te ait domine
quocumque ieris. Et dominus in corde eius invisibilia videbat. Vulpes
inquit foveas habent et volatilia celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.
Hic habitat in te insidie sicut vulpes, habitat superbia sicut volatilia
celi, filius autem hominis simplex contra insidias, humilis contra superbiam non habet ubi
caput suum reclinet. Et ipsa reclinatio capitis non erectio sed humi-
litatis insinuatio est. Revocat ergo istum ire cupientem, trahit alium recu-
santem. Eodem quippe loco ait cuidam: Sequere me etc. Sequar domine,
sed sine me primo sepelire patrem meum. Pie quidem excusavit
et ideo dignior, cuius excusatio removetur. Vocatio firmatur. Pium
erat quod volebat facere sed docuit magister quid debet preponere. Vole-
bat enim eum esse verbi predicatorem ad faciendos vivos. Erant
autem alii per quos illa necessitas impleretur. Sine inquit mortuos sepelire
mortuos suos. Infideles qui cadavera sepeliunt mortui mortuum
sepeliunt. Illius corporis animam perdidit, illorum anima deum. Sicut enim vita
corporis anima est sic vita anime deus. Sicut exspirat corpus cum animam emittit
ita exspirat anima cum deum amittit. Dei amissio mors anime, anime
amissio mors corporis. Mors corporis necessaria, mors anime voluntaria.
Discumbebat ergo dominus in domo pharizei superbi cuiusdam. In domo erat
ut dixi in pectore eius non erat. In hanc domum centurionis domum non intravit
et pectus possedit. Zacheus vero dominum et domo suscepit et animo. Huius tamen fides in
humilitate laudatur. Dixit enim Non sum dignus ut intres sub tectum meum. Et dominus ait amen
dico vobis non inveni tantam fidem in Israhel, hoc est carne. Nam iste iam forte

Mt. 8.
Luc 9.

pharizei domus non corde
Xus erat in — Corde non domus Centurionis
Zachei domo et corde.

erat sic ipsum veniat dominus ad israel carnalem i. ad iudeos ibi primum querere
oves perditas in quo populo et de quo et corpus assumpserat. Nobis enim tanta
fide ipse dat. possumus nos metiri fidem hominis sed homines. Ille qui
interiora cernebat, ille quem nemo fallebat perhibuit testimonium cordis
hominis audiens verba humilitatis pronuncians sententiam sanitatis / unde autem hoc presumpsit
Et ego inquit homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et
dico huic vade et vadit et alio veni et venit et servo meo fac hoc et facit.
potestas sum quibusdam sub me positis sub potestate quadam super me. Ergo
ego inquit homo sub potestate iubendi habeo potestatem quid tu possis cui omnes
serviunt potestates. Erat autem iste de gentibus / erat quippe centurio. Iam iudea
gens habebat militem romani imperii. ibi iste militem habebat quomodo agere
centurio poterat / et sub potestate habens potestatem / subditus obediens / subditos
regens. Dominus autem quod intendat precipue vestra caritas manens in
populo iudaico ecclesiam pronunciabat etiam toto orbe terrarum futuram in
quam erat missurus apostolos ipse a gentibus non visus et creditus a iudeis
visus et occisus. Quomodo enim dominus huius domum corpore non intravit et eius tamen fide-
atque ipsam domum absens corpore presens maiestate sanavit / Sic et
ipse dominus in solo iudaico populo corpore fuit. apud gentes nec de virgine natus est
nec passus est nec pedibus ambulavit nec humana pertulit nec divina miracula fecit
Nihil horum in ceteris gentibus fecit et tamen de eo impletum est quod dictum erat
Populus quem non cognovi servivit mihi. Quomodo si non cognovit? In auditu
auris obedivit mihi. Iudea gens cognovit et crucifixit / orbis terrarum
audivit et credidit / Hanc quandam absentiam corporis sui et presentiam virtutis
sue in omnibus gentibus etiam in illa muliere significavit que fimbriam vestimenti
eius tetigerat cum requireret dicens Quis me tetigit, tamquam absens requirit
tamquam presens sanat / Turbe te inquiunt discipuli comprimunt et dicis quis
me tetigit, quasi enim sic ambularet ut a nullo prorsus corpore tangeretur
ita dixit quis me tetigit / et illi turbe te comprimunt / et tamquam diceret
dominus / tangentem quero non prementem / Sic et nunc est corpus eius id est ecclesia eius
tangit eam fides paucorum / premit turba multorum / Corpus enim christi
esse ecclesiam tamquam filii eius audistis / et simul ipsi estis / apostolus multis
locis hoc dicit pro corpore inquit eius quod est ecclesia / Et iterum vos autem estis corpus christi et
membra / Si ergo corpus christi sumus quod tunc corpus eius in turba patiebatur
hoc patitur ecclesia ipsius a turba premitur a paucis tangitur / Caro enim premit
fides tangit / Erigite in oculos obsecro vos qui habetis unde videatis
habetis enim quod videatis / erigite oculos fidei tangite extremam fimbriam
vestimenti sufficit ad salutem. Videte quod audistis ex evangelio tunc futurum
modo presens est / Ideo inquit dico vobis prius laudata centurionis fide tamquam
alienigene carne domestici corde / pronunciat Multi ab oriente et occidente
venient Non omnes sed multi / tamen ab oriente et occidente. Istis duabus partibus

totius orbis designans. Multi ab oriente et occidente venient et recumbent
cum abraham et ysaac et iacob in regno celorum. Filii autem regni ibunt
si. Qui filii regni? qui legem acceperunt, ad quos prophete missi sunt, apud
quos templum et sacerdocium fuit, qui celebrabant figuras omnium futurorum,
quarum cum veritatem figurarum celebrarent, presentiam non cognoverunt. Filii ergo regni
ibunt inquit in tenebras exteriores, ubi erit ploratus et stridor dentium. Videmus
iudeos reprobatos, videmusque christianos ab oriente et occidente vocatos
ad quoddam convivium celeste, ut recumbant cum abraham et ysaac et iacob,
ubi panis iusticia, ubi potus sapientia. Attendite ergo fratres. Hec enim estis
vos. Ex hoc populo estis, iam tunc predicto, nunc putato. De hiis utique est quod ait:
sed ab oriente et occidente recumbere in regno celorum, non in templo
ydolorum. Estote ergo corpus christi, non pressura corporis christi. Habetis vestis fimbriam
quam tangatis, ut a profluvio sanguinis, id est a carnalium voluptatum fluxu,
sanemini. Et habetis inquam vestis fimbriam quam tangatis. Vestem
putate apostolos sub contextu unitatis adherentes lateribus christi. Inter
hos apostolos erat quasi fimbria minimus et novissimus paulus, ipso dicente:
Ego sum minimus apostolorum. In veste novissimum et minimum fimbria est.
Fimbria cum contemptu aspicitur, sed cum salute tangitur. Usque ad hanc
horam et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphizamur. Quid tam
extremum, quid tam contemptibile? Tange si fluxum sanguinis pateris:
exiet virtus de eo cuius vestis est et sanabit te. Fimbria modo tangenda
proponebatur quando ex ore apostoli legebatur. Si enim quis viderit eum qui habet
scientiam in ydolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur
ad manducandum ydolatica? Et peribit infirmus in tua conscientia
frater propter quem christus mortuus est. Quo putatis decipi posse simulacra ho-
mines qui christianis honorari putant? Novit inquit deus cor meum,
sed frater tuus non novit cor tuum. Si infirmus es, cave maiorem egritudinem;
si firmus es, cura fratris infirmitatem. Qui vident ista edificantur ad
alia. Et non tantum ibi manducare, sed et sacrificare desiderant. Ecce
perit infirmus in tua conscientia frater. Audi frater. Si contempnebas infirmum
fratrem contempneres, expavisti quasi in ipsum christum peccas. Attende
decem quem nullo pacto possis contempnere. Sic autem inquit peccantes in
fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam, in christum peccatis. Eant
nunc qui ista contempnunt et recumbant in ydolio. Nonne erunt prementes,
non tangentes, et cum recubuerint in ydolio veniant et impleant
ecclesiam non salutem accepturi sed pressuram facturi. Sed timeo inquies
ne offendam maiorem. Times prorsus ne offendas maiorem, et non
times ne offendas deum? Qui enim times ne offendas maiorem,
vide ne forte sit maior isto quem non times offendere. Maiorem
ergo non offendere intende. Regula proposita nonne manifestum est eum minime of-
fendendum qui maior est ceteris. Disputate nunc maiores vestros. Primi sunt
pater et mater si recte educaverunt filios, sunt christi utentes audiendi in omnibus

iubeat

obtempandi eis i omni iussione q maiore sint iubeat et suma
illis Quib enim est maior eo qui me generavit Ille qui te primum ta
Generat cum ho creat deus vix generat homo esse sit quid generatus sit
nescit Ille qui te condit ut facit antequam esset que fe sicte maior
e patre tuo Maior sit pura i ipsis parentibus tuis ut quid q
iusserint parentes q puram non audiam et q q iusserit pura q
dominum non audiam Si enim sanat mus si pg fluxu sanguinis si pg
xii annos nullorum morbo sicut consumata omnia i medicis et n
veterem saniit alii ius sana fi omibus qua alloquor i tpo erit
Iubet id pr tuus et id iubet ppus tuus Sz dt e dus tuus Obli
uiscere ppus tuum et domum patris tui quo bono quo fructu g incede
Cuius concupiuit rex decorem tuum Concupiuit q se e que ut
pulcra faceret feda amauit pro infideli et feda sanguine fudit
Infidele ac pulcra reddit dnam sua i te amauit Quid ei
sposo tuo contulisti quid i dote a pre pre et pre pp accepisti
None luxuria et pannos peccatorum Abiecit pannos tuos disci
dit cilicium tuum misisti cut ornaret ornauit ut amaret
Quid pla fres iam audistis que pietates i fres et paucietes
costiam corporis infirmat xpiani pietatis Nolite contempnere si non
multis delectari delectamur ite Quam diu conantur luculenter et delectabi
nos dicere quod dolor non cogit quocumque dicere et tacere non p
mittit Quicumque volumus ista contempnere xpiani pietati videat
quid agat paganos reliquos colligi nolunt lapides est i
via venire volentes offendunt et vendunt Nunc enim i cordibus
suis quererenos reliquas deos quos iam ipsi nobiscum colunt
Absit a me inquit ut ego deos gentilium colam Non intelligo
credo quid facis de costia qua peruenis q facis de precio sicco
temporis quod emptum est vide quanti emptum est perhibet inquit
infirmus tua scia qua te diceres hoc ut scias quantum e ydolum et
aio cogites domus et recubas i ydolio i hac scia pit infirmus
Et ne contempnas infirmum addit ppter quem xps mortuus est quem ius
contempnere primum ipsum attende et in morte xpi totum mundi appende
Et ne adhuc te putares infirmum peccare et leue duceres primum
ac paruipenderes In xpm inquit peccatis Solent enim homines dicere i
hominem pecco Nunquid i dum Negat xpm dum audes negare xpm dum
An adi i ydolio cum recubes didicisti Non admittit ista doctri
na doctrina xpi Quo ubi didicisti non esse xpm dum paganus h solet
dicere vides quid faciunt mense male uides quo corrupti mores
bonos colloquia mala tu ibi de xpo non loqui non potes et ydolis
loqui audis admittis ibi q xpus deus est q ibi bibis tecum po
nes forte hic audes loqui forte inter turbas audes murmurare

Numquid enim non hoc fuit a omne curiositas eius et a paganis. Hoc didicisti
salutem perdidisti, fimbriam non tetigisti, tange et tu hanc fimbriam
recipe salutem. Sic enim te tangere Dominum, quo modo scriptum est. Cum in idolio
fratrem suum in ydolio recumbentem tange illam de diminutis Christi et de minimis
dicebat eandem fimbriam minorum fratrum et ex quibus Christus hic carnem, quae
super omnia deglutiunt in scola. Ecce ego qui vix diu per tres dies disputavi
bus apud deos flos. Non enim ego dico quod genius est Carthaginis qui
magis esset. Unumquemque deum esset. Si quod aliquid ipsis habeat attende
numquid sit. Nam ego tecum scio quod lapis est. Si genius ornamentum
aliquod est civibus Carthaginis bene vivant et ipsi erunt genius Cartha-
ginis. Si autem genius daemonium est, audistis et ibi quae immolant
gentes daemonibus immolant et non Deo. Nolo vos socios fieri daemo-
niorum. Novimus quia non est Deus. Utinam et ipsi sic noverint, sed propter eos
qui hoc non noverunt infirmos, quorum percutitur conscientia ipsorum, hoc monet
apostolus. Nam et illi quod numen habeat et pro numine accipiant istam statuam
ara testatur. Quid illic faciat ara si illud non habetur pro numine.
Nemo ergo dicat: Non est numen, non est deus. Iam dixi: utinam sic
ipsi norint hoc quod novimus omnes nos. Sed quid habeant, pro quo
habeant, quid ibi faciat ara illa, testatur convincit omnium colentium men-
tes non convincat recumbentes. Sed non permittant paganis si permit-
tunt pagani torqueri Christum. Nonne hoc dicebas quod torquentur Christi permittebant et
tangebant, tollebat in permittentes quibat tangentes. Attende
utinam fratres a paganis permittant torqueri Christiani a quibus puniri solet, pati
non permittat torqueri Christiani. Fratres ad nos pertinet ubi dico. Ad nos
pertinet paganis eam. Quid enim michi de hijs qui foris sunt iudicare
ipse apostolus ait. Illos aliter alloquimur tamquam infirmos, blandiendum est
illi libet audiat veritatem a nobis, secanda putredo est. Si quis
vel vincantur pagani vel illucescant vel ad salutem noverint.
Deserite solempnitates eorum, deserite nugas ipsorum. Et si non corpore
tuit vitium, mee erubescat pauciti sue. Eos si fuit qui ipse pe-
nutritor tuus est, malus si fuit temptator tuus. Et unde tua
librum accipe et in temptatione applica. Esto aurum, attende unde
istum tamquam fornacem aurifex. In uno angusto loco tria sunt: aurum, — Aurum.
palea, ignis. Ad illa duo ignis appropinquat: palea urit, aurum purgat. — palea.
Cessit necesse quod nimis et adductus est ad ydolum, vere inquam palea — ignis.
plango timere video. Non cessit minimis, non cessit terroribus,
adductus ad [illegible] este in confessione sua non est flexus ad ydolum.
Quia fit flamma? Nonne aurum purgat? State in Domino fratres, po-
tentior est qui vocavit vos. Minas impiorum ne timueritis. Ini-
micos patimini, habetis pro quibus oretis. Pro quibus non vos terreat, habetis
sanitas, haurite hic, testo quinimo, hic bibite unde satiemini non
illic unde insaniatis. State in Domino, argentum estis, aurum estis. Ista

similitudo non a nobis est, de divina scriptura est. Legistis audistis: sicut aurum
in fornace probavit illos et sicut holocausta hostie accepit illos. Ecce
quid dicitis a thesauro dei? estote divites de deo. Non cum fueritis divites
sed de illo sitis divites. Impleat vos ut non admittatis ad cor
vestrum. Nunquid in superbia vos erigimus? adhuc dicimus vobis ut ad usque pertinet
ordinatas contemptores sitis. Non hoc dicimus quod et hinc egrotatis. Tangite
et hic illam fimbriam vestimenti. Ipse dicit apostolus: omnis anima potestatibus subli-
mioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. que autem a deo sunt ordinata
sunt. Qui autem resistit potestati, dei ordinationi resistit. Sed quid si iubeat
quod non debes facere? hic sane contempne potestatem timendo potestatem. Ipsos
humanarum rerum gradus advertite. Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum
est? tamen si contra proconsul iubeat, non utique contempnis potestatem sed eligis maiori
servire. Nec hinc debet minor irasci si maior prelatus est. Rursus si aliquid iubeat
ipse proconsul et aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto esse serviendum
huic? Ergo si aliud deus et aliud imperator qui indicatis? solve tributum, esto mecum obsequium.
Recte, sed non in ydolio. In ydolio prohibet. Quis prohibet? maior potestas.
Da veniam: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam assumenda est
fides tua tamquam scutum in quo possis omnia iacula inimici extinguere.
Sed insidiatus tibi potens, et molitur contra te potens. Acuit novaculam suam.
Sed quid? ut capillos radat, non ut caput incidat. Ecce dixi. Modo audistis in psalmo:
Sicut novacula acuta fecisti dolum. Quare dolum potentis male novacule
comparavit? quia non admittitur ad superflua nostra. Sic capilli in corpore nostro
tamquam superflui videntur et sine detrimento carnis raduntur. Sic quicquid
tibi potest facere iratus potens: superflua tua intra. Tollit paupertatem
tuam. Nunquid tollit divitias tuas? paupertas tua divitie tue in
corde tuo. Superflua tua potuit tollere, dampno potuit afficere promissis.
Et usque ad occidendum corpus. Etiam ista vita cogitantibus aliam vitam,
ista ipsa vita mea superflua deputanda est. Nam et martyres contempserunt
illam: non vitam perdiderunt sed vitam acquisierunt. Certi estote, fratres, inimicos
non admitti adversus fideles nisi quantum prodest temptandis
et probandis fidelibus. Certi estote, fratres. Nemo aliud dicat. Omnem curam
vestram super deum mittite. Projicite vos totos, projicite in eum. Non se subtrahet
ut cadatis. Ille qui vos creavit et de ipsis capillis vestris securitatem
vobis dedit. Amen inquit dico vobis: nam et capilli capitis vestri numerati sunt.
Capilli vestri numerati sunt deo: quanto magis mores vestri cui sic noti
sunt capilli vestri. Videte quia minima ista non contempnit deus. Nam si
contempneret non crearet. Nam et capillos nostros ipse creavit et numeratos habet.
Sed modo custos inquis forte perierunt. Et hic audi vocem eius: Amen dico vobis
inquit et capillus capitis vestri non peribit. Quid timebis hominem, homo dei?
Super pectus eius noli cadere. Quicquid ibi passus fueris ad salutem
valebit, non ad perniciem. Clamat quoque in libro martyres. Tulerunt
et timent diu iniurias temporum. Qui autem morti qui est factus iniuriam non
timens factus. Non dicit aperte veni ad ydolum. Non dicit aperte veni ad aras meas

ibi gimnac et si dixit et nolueris hec cogitare hec in postulacionem hec in
querimoniam deponat. Noluit venire ad aras meas. Noluit venire
ad templum quod veneror. hec dicat. Non audet dicere sed aliam ma-
chinam dolose parat. capillos nouaculam attingit. ablatum est
superfluum tuum, rasum que quod delictum est, tollat quod quod permanebit
sit. quid tulit potes noscere, quid magnum tulit quis fur quis ef-
fractor ut multum seuiat quam latro sit ad ipsum corpus occidendum
Hondani cum dixi latro. Nam
pernicies fuit quod tollit non quod latro. hondani cum dixi latro. Na
qualiscumque latro hoc est. Quod febris quod scorpius quod fungus
malus ista potius ad seniorum est facere quod fungus. Manducat
homines fungum malum et moriuntur. Ecce in quam fragili est vita humana
qua quodque delictum est. Noli per illa sic pungere ut tu relinquas
via mira, christus est, christum attende pati venit, sed glorificari et totum per mi-
raculum ad christum? sed exaltari mori sed resurgere. Corpus te terret. incede vide que
sit exaltatio mori sed resurgere. Opus te terret, incede vide que
sed et exaltari mori sed resurgere. Corpus te terret, incede vide que
vis pervenire delicatus ad eam vite ad quam non perducit nisi labor
vis pervenire delicatus ad eam vite ad quam non perducit nisi labor.
Sed times ne perdas argentum tuum quod ad argentum tuum cum magno
labore pervenisti. Si ad argentum quod quamquam ut morieris amissurus
es non pervenisti sine labore, ad vitam eternam vis sine labore pervenire
Carior est sit illa ad quam post omnes labores sic pervenies. ut magis
amittas. Si hec tibi carum est, ad quod per multos labores sic per-
venisti ut alii amissurus sis quanto magis illa perpetua desiderare
debes. Ubi ipsorum non credat sed non timeat hostes deum dicit ydolorum
suorum sic prestet deus et det omnia in potestate quo deus quod fractum est.
hec enim dicimus, caveant ne faciant ista quando in potestate vestra non erit facere
tibi et pro suorum hominum furiosorum, turbulentium, et ubi potestate non habet
semper et velle modum periculum faciat sine causa. Audistis quod legimus omnes
qui nuper in mappalibus affuistis, cum data nobis fuerit talis potestas
prius aut in potestate est deus que facienda sunt. Aras eorum inque destruetis
lucos eorum comminuetis et omnes titulos eorum confringetis. cum ac-
ceperitis potestatem hec facite. Ubi non est nobis data potestas non facimus.
Ubi data est non permittimus. Multi pagani habent istas abhominaciones
in fundis suis, numquid accedimus et confringimus. Prius enim agimus ut
ydola in corde eorum frangamus, quando christiani et ipsi facti fuerint aut
invitant nos ad tale opus aut preveniunt nos. Modo orandum est pro ill-
is, non irascendum illis. Si movet dolor magnus adversum paganos
movet adversus fratres nostros. Movet qui sic volunt intrare in ecclesiam
ut habeant corpus, habeant alibi cor. Totus intus esse debet. Si intus est quod videt
homo quod foris est quod videt deus. Crcat Kmi murmia corporis totum est
secum hctici cum iudeis. hctici iudei et pagani unitatem fecerunt contra
unitatem, quod contingit ut in aliquibus locis disciplinam accipient iudei
propter impulsiones suas clamant et suspirant. Affingunt quod talia de ill

Ergo gravamur quia contigit ut alicubi penas darent heretici legibus pro impie-
tate et furore violenciarum suarum. Ideo dicunt nobis per omnia que aliqua in-
commoditate ipsorum ad punitionem, dum sequitur quia contra paganos placuit ut leges
ferrentur. Immo pro paganis si sapiunt. Sicut cum pueris infantibus
ad lutum ludentibus et manus inquinantibus pedagogus severus interve-
nit, de manu eorum lutum excutit, codicem porrigit. Ita voluit deus per prin-
cipes subditos terrere quando infatuata puerilia ut abiciat lutum de
manibus et ad utile faciat. Quid est utile de manibus? Frange esurienti
panem tuum et egenum sine tecto induc in domum tuam. Et tamen pueri
evadunt ab oculis pedagogi et redeunt ad lutum furtim, et quando inveni-
untur abscondunt manus ne videantur. Ecce quia hoc voluit deus, putant
nos ubicumque querere ydola que tamen inventa in omnibus locis frangere.
Convenio an nos scit locat quibus sunt. Adhuc ignoramus ubi sit ista
et tamen non facimus quia non dedit in potestate deus. Quando dat deus in potestate qui rex ad-
cit cuius verbis est non, si enim voluit eius verbis est, si nollet, ipsum locum daret
esse et tamen iubet in vestra non esse ydola. Puto quia debuit summa
devotione fidei ut Christianis admirare abstines Christiana anima quidem de
tua? Unde vult deo gratias agere non vult esse ad cenam in cotucha dii.
Hoc accidit quia etiam ipsa loca ubi erant ydola facta erant. Fratres ecce
quod displicet paganis parum est illis quia de villis ipsorum non ista
tollimus non illa frangimus et in viribus ea volunt servare. Cum ydola
predicamus de cordibus ydola tollimus. Sumus persecutores ydo-
lorum profitemur. Numquid servatores? Non facio ubi non possum. Non facio
ubi conqueritur dominus vero. Ubi autem vult fieri et gratias agit vereris ero si
non fecero. Alter et unus si ait: Domine, sequar te quocumque ieris, et reprobatus
est. Alius non audebat, suscitatus est. Tertius differebat, culpatus est.

Mt. 8
Luc. 9

De capitulo evangelii quando dominus donat audite mecum. Cum dominum
Ihesum dicunt elegisse, cum obtulit se unus ut eum sequeretur, et
reprobatus est. Alius non audebat, suscitatus est. Tertius differebat,
culpatus est. Primus cum dixisset: Domine, sequar te quocumque ieris, quid tam
promptum, et quid tam impigrum, quid tam paratum, et quid ad tam bonum
aptissimum sequi dominum quocumque ierit. Miraris hodie quid est hoc
quod magistro bono domino Ihesu Christo invitanti discipulos quibus daret regnum
displicuit tam paratus. Sed quia talis magister erat qui futura previdebat, intel-
ligimus fratres istum hominem si sequeretur Christum sua quesiturum fuisse, non que

Offerebat reprobatur

Ihesu Christi. Ipse enim dixit: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum celorum.
Et iste de talibus fuit, et sic seipsum non noverat quomodo medicus inspicie-
bat. Nam si se iam fictum esse probabat, iam si dolosum et insidiosum se no-
verat, cui loqueretur non noverat. Ipse enim est de quo ait evangelista: Non opus
habebat ut testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine.
Et quid ei respondit? Vulpes foveas habent et volatilia celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

Sed ubi non habet in fide tua, vulpes enim foveas habent in corde tuo, dolosus
es, volatilia celi habent nidos in corde tuo elatus es, dolosus et elatus
non me sequeris, quia dolosus simulator simplicitatis. Et ad alium quem tacite
et non dicentem permittere dixit: Sequere me. Multum mali in illo
et multum boni videbat in isto. Sequere me dicit nolenti. Ecce homines
paratum: sequor te quocumque ieris, et tu dicis nolenti: sequere me. Istum
numquam declino quia video ibi foveas video nidos. Quamvis molestus
es huic quem provocabis et excusat. Ecce enim compellis et non venit,
hortaris et non sequitur. Ille enim dicit: Ibo prius sepelire patrem meum. Fides
cordis eius domino se ostendebat sed pietas differebat. Dominus autem cum
quem parabat homines eterno nulla excusatione vult interponi car-
nalis huius temporalis quam pietatis. Hoc quidem et lex habet dei et ipse dominus accusavit
iudeos quia destruebant ipsum mandatum dei. Et paulus apostolus in epistola
sua posuit et dixit: hoc est mandatum primum in repromissione. Honora
patrem tuum et matrem tuam. Deus utique dixit. Volebat ergo iste in-
venis obtemperare deo et sepelire patrem suum. Sed locus est et tempus est
rebus que huic rei huic tempori huic loco conveniat. Honorandus est pater sed obe-
diendum est deo. Amandus est generator sed preponendus creator. Ego
inquit ad evangelium te voco ad aliud opus indigeo quam ignoras. Maius est
hoc quam quod vis facere. Sine mortuos sepelire mortuos suos.
Pater tuus mortuus est, sunt alii mortui qui sepeliant mortuos
suos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? Potest ne mortuus a mor-
tuis sepeliri? Quomodo involvunt si mortui sunt, quomodo portant si mortui sunt,
quomodo plangunt si mortui sunt? Et involvunt et plangunt et mortui sunt
quia infideles sunt. Docuit nos quod scriptum est in cantica canticorum dicente
ecclesia: Ordinate in me caritatem. Quid est ordinate in me caritatem? Facite
gradus et quod cuique debetur restituite. Nolite anteriora posterio-
ribus subdere. Amate parentes sed preponite deum parentibus. Attende
matrem machabeorum: Filii inquit nescio quomodo apparuistis in ventre meo.
Concipere vos potui, parere vos potui, formare non potui.
Illum ergo audite, illum mihi preponite. Nolite attendere ne sine vobis
remaneam. Precepit et secuti sunt. Quod docuit mater filios hoc dicebat
dominus Ihesus christus cui dicebat: Sequere me. Tertium. Alius discipulus
misit se et nemine dicente ad dominum: prosequar te ait domine sed vado
prius renuntiare his qui in domo sunt. Credo hic fortasse est nuntia-
ri eis ne forte quomodo fieri solet revocarent me. Et dominus: Nemo ponens
manum suam super aratrum et respiciens retro aptus est regno celorum.
Vocat te oriens et tu attendis occidentem. In hoc capitulo hic distinguitur quod
quos voluit dominus hos elegit. Elegit autem sicut dicit apostolus et per suam gratiam
et secundum illorum iustitiam. Aliud enim sunt verba apostoli. Attende inquit quid dicit
helyas: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua everterunt.

·3· Reg· 18·

·2·
·Non audebat
excusatus

·2· Mach· 7·

·3·
Differebat
culpatus

et ego relictus sum solus et querunt animam meam. Sed quid dicit illi divinum responsum?
Reliqui michi septem milia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal.
Solum te putas esse qui in hiis laborantem? Sunt et alii me timentes et
non pauci. Nam septem milia ego habeo et adimplent. Sic ergo et in hoc tempore.
Crediderunt enim aliqui iudei et multi fuerant reprobati sicut et ille qui
in se pium fovebat [illegible] testabatur in celo. Sic ergo inquit et in hoc tempore reliquie per
electionem gratie salve facte sunt. i. id est qui tunc et modo quia et illic tunc
Helye dixit Reliqui michi. Et hic est reliqui michi ego elegi illos quos vidi metentes
corde de me presumentes non de se nec de Baal. Non sunt imitati sicut sunt
ut a me facti sunt. Et tu qui loqueris nisi de me presumeres ubi esses nisi

Gratia dei

gratia mea plenus esses. Nonne ante Baal et ipse genua flecteres? Gratia autem
mea plenus es quia non de tua virtute sed totum de mea gratia presumpsisti.
Noli ergo in hoc gloriari ut putes te in servicio tuo non habere consimiles. Sunt
quos elegi sicut et te de me presumentes. Sicut ait apostolus et nunc reliquie per
electionem gratie salve facte sunt. Cave o cave tamen superbiam licet ei
imitatorem secreto sis totum esse gratie reputa quod ut esses ad reliquum
gratie [illegible] non tamen meriti fecit. Denique de reliquiis dixerat
propheta Ysaias quem commemoras. Nisi dominus sabbaoth reliquisset nobis semen
sicut Sodoma facti essemus et sicut Gomorra similes fuissemus. Sic ergo inquit
et in hoc tempore reliquie per electionem gratie salve facte sunt. Si autem inquit gratia
non ex operibus. i. ita non de tuo merito extollaris, alioquin gratia
non est gratia. Si enim de tuo opere presumis ergo mercedem tibi reddi non gratiam
condonari. Si autem gratia est gratis datur. interrogamus. Credis o peccator
Christo? Dicis credo. Quid credis? gratis universa peccata per ipsum tibi
posse remitti. Habes quod credidisti. O gratia gratis data quod tu
iniuste credis te sine deo posse sua ad iusticiam propriam. Ergo totum re-
puta quia iustus es pietati quia peccator es tue iniquitati ascribe. Esto
accusator tuus et ipse erit indultor tuus. Omne enim crimen quod facimus
vel peccatum inter necligentie et omnibus [illegible] sentias de indulgentia
commissa ad dominum. Item in ewangelio. Confiteor tibi domine pater celi
et terre.

Cap. II.

Sciendum cum ewangelii lectionem audivimus
exultasse dominum Ihesum in spiritu et dixisse Confiteor tibi domine pater
celi et terre qui abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti
ea parvulis. Hucusque in titulum verba domini si digne et diligenter si quod
primo pie considerimus invenimus primitus non esse tamen in scripturis legisse con-
fessionem debere nos intelligere non esse peccatorum. Maxime autem hoc diximus fu-
it hinc admonenda caritas vestra quia mox ut hoc verbum sonuit lec-
toris secuti est tunsionis pectorum vestrorum audito scilicet quod dixit ait Con-
fiteor tibi pater. Ipso quod sonuit confiteor pectora tutudistis. Tun-
dere autem pectus quid est nisi arguere quod latet in pectore et evidenti pulsu oc-
cultum castigare peccatum. Quare hoc fecistis? nisi quia audistis

pectus tunde.

Confiteor tibi pater. Confiteor audistis qui confitentur non attendistis. Nec ergo
advertite si confiteor Christus dixit a quo longe est omne peccatum non solum est
peccatorum sed aliquando et laudatorum. Confitemur ergo sive laudantes deum sive
accusantes nosmetipsos. Pia utraque est confessio sive cum te reprehen-
dis qui non es sine peccato sive cum illum laudas qui non potest habere peccatum
Sed attamen cogitemus reprehensio tua laus illius est. Quare enim iam confite-
ris nisi quia ex mortuo vivus factus es. scriptura quippe ait A mortuo quasi
qui non sit perit confessio. Si perit a mortuo confessio qui confitetur vivit
et si peccatum confitetur utique a morte revixit. Si ergo peccati confessor re-
vixit a morte quis eum suscitavit. nullus mortuus est sui ipsius suscitator
Ille se potuit suscitare qui mortua carne non mortuus erat. Etenim
hoc suscitavit quod mortuum fuerat. Ille suscitavit quod vivebat ipse. In
carne autem suscitanda mortuus erat. Non enim pater solus filium suscitavit
De quo dictum est ab apostolo propter quod et deus exaltavit illum. Sed et dominus ipsum
id est corpus suum. Unde dicit Solvite templum hoc et in triduo suscitabo illud. Mor-
tuus est peccator maxime ille quem moles consuetudinis premit quasi sepultus est
lazarus. Parum enim erat quia mortuus et sepultus. Quisquis ergo mole con-
suetudinis malignae premitur .s. terrenarum cupiditatum mole premitur ita ut in
illo iam factum sit quod in quodam psalmo miserabiliter dictum est Dixit stultus in
corde suo non est deus. fit talis de quali dictum est A mortuo velut qui non sit
perit confessio. Quis suscitabit nisi qui remoto lapide clamavit dicens
Lazare prodi foras. Quid est autem foras prodire nisi quod occultum erat foras prodere
Qui confitetur foras prodit. foras prodire non posset nisi viveret. viveret non
posset nisi suscitatus esset. Ergo in confessione sui accusatio dei laudatio est.
Dicit aliquis quid prodest ecclesia si iam confessor voce dominica resuscitatus
prodit. Quid prodest ecclesia confitenti cui dominus ait Que solveritis in terra
soluta erunt in celo. Ipsum lazarum attende cum vinculis prodit. Iam vi-
vebat confitendo sed nondum liber ambulabat vinculis involutus.
Quid ergo facit ecclesia cui dictum est Que solveritis soluta erunt nisi quod
ait dominus continuo ad discipulos Solvite illum et sinite abire. Sive ergo
nos accusemus sive dominum laudemus bis deum laudamus. Si pie
accusemus nos deum quia laudamus cum deum laudamus tempus enim sine
peccato esse predicamus qui autem nosipsos accusamus ei per quem resur-
reximus gloriam damus. Hoc si fecerit nullam occasionem inveniet inimicus
qui te circumveniat apud iudicem. Cum enim tuipse fueris accusator et
dominus liberator quid erit ille nisi calumpniator. Merito ille hic sibi
tutelam providet adversus inimicos non conspicuos carnem et sanguinem
miserandam potius quam cavendam sed adversus illos inimicos contra quos apostolus nos
hortatur ut armemur. Non enim est nobis colluctatio adversus carnem et
sanguinem id est adversus homines quos videtis sed contra vos sevientes alios vel

Organa sunt aliquis tangit inimicus intelligitur diabolus [illegible] inde ut [illegible] dominum
ait ab eo. Quid ergo feci ego? Audi apostolum: Nec detis locum diabolo. Cum mala
non tolerat locum dedisti, intravit, possedit. Itaque locum si non dabis non possidebit.
Ergo nos admonens ait: Non est vobis colluctatio adversus carnem et sanguinem
sed adversus principes et potestates. Possit quisque putare adversus reges terre
adversus potentes seculi. Quare? Quia ipsi non caro et sanguinis? Semel dixit: non
adversus carnem et sanguinem. Aufert ab omni homine. Quid ergo restat? Inimici
adversus principes et potestates spiritualia nequitie, rectores mundi, quia plus de
diabolo et angelis eius plus dicit. Rectores mundi appellavit, sed ne male
intelligas exposuit quid sit mundus cuius sunt illi rectores. Rectores mundi
tenebrarum harum. Quia enim mundi tenebrarum harum quorum est rector. Dilectoribus
suis et infidelibus plenus est mundus. Has appellat apostolus tenebras.
Harum rectores diabolus et angelos eius. Hee tenebre non naturales sunt. Non
incommutabiles sunt. Mutantur et lux efficiuntur, credendo et credendo
illuminantur. Ecce illis dicit fuistis enim. Audiant fuistis aliquando tenebre nunc
autem lux in domino. Nam quia tenebre non in domino, lux autem quia lux non iste sed in domino.
Quia enim habes quod non accepisti? Ergo quia sunt invisibiles inimici invisibiliter
expugnandi. Namque visibilem hostem vincis feriendo, invisibilem vincis
credendo. Visibilis est hostis homo, visibile est ferire; invisibilis est hostis
diabolus, invisibile est credere. Est ergo pugna invisibilis adversus invisibiles
inimicos. Ab his inimicis quo se tutum dicit quidam? Hic cum cepam dicere
Et nunc hinc de istis inimicis aliquanto cum mora tractare. Iam ergo quomodo contra istos
inimicos videamus tutelam. Laudans invocabo dominum et ab inimicis meis
salvus ero. Habes quid agas. Laudans invoca, sed dominum laudans invoca.
Si enim te laudaveris ab inimicis tuis salvus non eris. Laudans
invoca dominum et ab inimicis tuis salvus eris. Contra quod ait ipse dominus:
Sacrificium laudis glorificabit me. Et ubi via est ubi ostendam illi
salutare meum? Ubi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc
viam mittere. In via esto, a via noli recedere, a laude domini nec
ungue nec pede. Si enim volueris ab hac via declinare et pro
domino te laudare, non eris salvus ab illis inimicis. Contra de ipsis
dictum est: Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quod ergo putamus
bonum esse? Tunc abs te declinasti a laude domini. Etiam miraris si te
seducit inimicus qui tu tuimet ipsius seductor es? Audi apostolum: Qui enim
putat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Primum ergo attende confitere.
Confiteor tibi pater domine celi et terre. Confiteor tibi, laudo te, non accuso
me. Contra quod pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia, singularis gratia,
perfecta gratia. Quid meruit ille homo qui Christus est? Tolle gratiam et tanta
gratia. Propterea unum oportebat esse Christum et unum esse que nonum [illegible]. Tolle
istam gratiam quid est Christus nisi homo? Quid nisi quod et tu? Suscepit animam, suscepit
corpus, suscepit plenum hominem, coaptat sibi. Una fit deus cum suo persona.

Quia ista grā xpc i celo xpc i tra simul xpc i celo & i tra aū duo xpi
s; vnus xpc i celo & i tra. xpc apud prem xpc i utō virginis. Et i
cruce xpc apud infeos subueit quēda. Hodie mecū eris i padiso
cū latrone cōfitēte & ibi latro quid meruit nō qr illa iniq tenuit
ubi omēs salutādi sūt. A qua ē pccs nō excecat. In eo enim q se accusat
deū laudauit & uitā suā beatam fecit. presūpsit quid adhuc & ait illi
Dñe memēto mei dū ueneris i regnum tuū. Cōsiderabat enim facinora sua
& p magno habebat si ei uel i fine pceret. Dubitabat coticus. cū ille diceret memēto
mei s; qū cū ueneris i regnū tuū. Amē inqt dico tibi hodie mecū eris i pa-
adisa obtulit qd miseria distulit. Audi ergo dm̄ cōfitēte. Cōfiteor
tibi dñe pr celi & tre. Qz cōfiteor i. quo te laudo. hec enim cōfessio
dixi laude habet. Qui abscondisti hec a sapientib; & prudētib; & reuelasti ea paruul
Quid est hoc fres a. grio ssū intelligite abscondisti hmo que a sapientibus et
prudētib; & nō dixit reuelasti ea stultis & imprudentib; s; ait abscondisti
quidē a sapientib; & prudētib; & reuelasti ea paruul. sapientib; & prude-
tib; irridēdis arrogantib; falso grandib; Adeat timentib; opposuit
nō sapientes nō prudentes s; paruulos. Qz sūt paruuli humiles ergo abscondisti
ha sapientib; & prudentib; Nemo nomine sapientiū & prudentiū superbos
intelligi pt. Ipe exposuit cū ait Reuelasti ea paruul. ergo abscondisti nō
paruulis. Qz nō paruul nō humilibus. Quid ē nō humilib; nisi superbis qr dm̄ a
nō erat q latebat ut reuelaretur nobis. Vnde dns exultauit. qr re-
uelatū ē paruul. Debemus ergo ee paruuli. Nam si uolumus ee magni q̄si sapie-
tes & prudentes nō nob' reuelabitur. Qui sunt magni. sapientes et
prudentes dicentes se ee sapientes stulti facti sunt. habes remedium a contrario
Si dicendo te ee sapientē stultus factus es. Dic te stultū & sapiens
eris. Sz dic dic & intus dic. qr sic est ut dicis. Si dicis noli coram hoīb;
dicere & coram deo nō dicere. perseq qd ad te ipm ptinet qz ad tua
tenebrosus es. Quid est enim aliud ee stultum nisi ee tenebrosum i corde. De-
niq; de illis sic ait. Dicentes se ee sapientes stulti facti sunt. Antequam hec
dicerent. Quid diuisū. Et obscuratū ē insipiēs cor eorū. Dic qz
tu tibi lumē nō es. ut multum oculus es. lumē nō es. Quid pdest patens
& sanus oculus si lumen desit. Ergo dicat & ibi lumen nō esse. & clama quod
scriptum ē. Tu illuminabis lucernā meā dñe. Lumine tuo dñe illuminabis tenebras
meas. Mee enim nichil nisi tenebre. tu autem lumen fugas tenebras illuminas
me. Nō a me mihi lumē exorior s; lumen nō participas uid te. Sic et
Iohes amicus sponsi xpc putabatur lumen. putabatur. nō erat lumen. Vt ille
s; ut testimoniū phiberet de lumie. Qz at erat lumē. erat lumen verū
Quid ē uerū qd illuminat omne hoīem. Si uerū lumen qd illuminat oēz
hoīem g. & iohem utiq; dicentē utiq; cōfitentē. Nobat de plenitu eius
accepimus. Vide si ad dixit qm tu illuminabis lucernā meā dñe. Deniq;
iā illuminatus testimoniū phibebat. Et ppt ceteros lucerna dicitur testimoniū phi-
bebat. Vide q lucerna ē. Vos inqt misistis ad iohem & uoluistis

exultare ad hominem lucerne. Ille erat lucerna et lucens et ardens. Ille lucerna
hoc erat illuminata accensa ut luceret que accendi potest et extingui potest
Sed verbum non extinguitur, ventum superbie non patitur. Ergo confiteor tibi pater
domine celi et terre qui abscondisti hec a sapientibus, lumine se putantibus et
tenebre erant, et eo quod tenebre erant et lumine se putabant nec illuminari
potuerunt. Illi autem qui tenebre erant tenebras se esse confitebantur parvuli
erant non magni, humiles erant non superbi. Recte ergo dicebat Tu il-
luminabis lucernam meam domine, se agnoscebat, deum laudabat, a via
salutari non recedebat, laudantes deum invocabat, et ab inimicis
suis salvus erat tendens ad dominum. Item in eodem sermone ait
Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. Tollite iugum meum super vos.

· Aug. 11 Mirum videtur aliquibus fratres karissimi cum audiunt
dominum dicentem Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis
et ego reficiam vos, tollite iugum meum super vos et discite quia
mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris. Iu-
gum enim meum suave est et onus meum leve est. Et considerant eos qui
iugum ipsum intrepida cervice subierunt, et illam sarcinam mansue-
tissimis humeris acceperunt tantis agitari et exerceri difficultatibus
huius seculi ut non a laboribus ad quietem, sed a quiete ad labo-
res vocati videantur. cum et apostolus dicat Omnes qui volunt in Christo pie
vivere persecutionem patiuntur. Dicit ergo aliquis Quomodo iugum leve est et
sarcina levis quandoquidem iugum et sarcinam ferre nihil aliud est quam pie
vivere in Christo. Et quomodo dicitur Venite ad me omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos ac non potius dicitur Venite qui vacatis
et laboretis. Nam et vacantes invenit quos conduxit in vineam ut
ferrent estum diei et sub iugo illo leni et sarcina levi audiamus apostolum
dicere In omnibus commendantes nosmetipsos tamquam dei ministros in multa
paciencia in tribulationibus in necessitatibus in angustiis in plagis et cetera. Et alio
loco eiusdem epistole A iudeis quinquies quadragenas una minus
accepi. Ter virgis cesus sum, semel lapidatus sum, ter nau-
fragium feci, nocte et die in profundo maris fui et cetera pericula que
numerari quidem possunt, sed tollerari non nisi spiritu sancto iuvante possunt. Omnia
ergo illa que commemoravit aspera ac gravia frequentius et ha-
bundantius sustinebat. Sed prorsus aderat ei spiritus sanctus qui exterioris
hominis corruptione interiorem renovabat de die in diem et gustata
requie spiritali in affluencia deliciarum dei, in spe future beatitudinis
omnia presencia deliniebat aspera et omnia gravia relevabat. Ecce
quam suave Christi iugum portabat, et quam levem sarcinam ut omnia que
superius enumeravit dura et immania omnis auditor horrescit
levem tribulationem diceret intuens interioribus et fidelibus oculis quanto precio
temporalium emenda sit futura vita non pati eternos labores impiorum et
et sine ulla sollicitudine perfrui eterna felicitate iustorum. Secari et
uri se homines patiuntur ut dolores non eternos sed aliquanto diuturniores

ulcerum acriorum dolorum precio redimunt, et languida et incerta non totius
brevissima atque ultima vita in vanissimis bellis magna atten-
plurimis fortasse annis in laboribus inquietus quam in otio quieturus.
Quantis tempestatibus et procellis quam horribili et tremenda severitate
celi et maris importuni sunt mercatores ut divitias ventosas acquirant
maioribus quam quibus acquisita sunt periculis et tempestatibus plenas.
Quos estus, que frigora, que pericula ab equis a fossis a precipiciis
a fluminibus a feris perferunt venatores, quos labores esuriendi et
siciendi, quantas vilissimi et sordidissimi cibi et potus angustias
ut bestiam capiant, et interdum nonnumquam bestie carnes propter quam hec
tanta sustinent epulis non veniunt. Quamquam et si aper cervus vel capitur
magis suave sit venantis animo quod captus est quam comedentis palato
quod coctus est. Quantis cruciatibus prope cottidianarum plagarum tenera
puerorum etas subditur, quantis et scolasticarum vigiliarum et abstinentie mo-
lestiis exercentur non propter discendam sapientiam sed propter opes honoresque
vanitatis, ut numeros et litteras et disertas fallacias eloquii discant.
Sed in his omnibus qui hec non amant eadem gravia patiuntur. Qui vero amant
eadem quidem sed non gravia pati videntur. Omnia enim seva et inmania
prorsus facilia et prope nulla efficit amor. Quanto igitur certius ac fa-
cilius ad veram beatitudinem caritas facit quod facile tolleratur quicquid
adversitatis temporalis ut eterna pena vitetur et eterna requies comparetur. Non
inmerito ille vas electionis cum ingenti leticia dicit: Non sunt condigne
passiones huius temporis ad superventuram gloriam que revelabitur in nobis.
Ecce unde iugum eius suave est et sarcina levis, et si angusta est
paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit psalmista: Propter verba
labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Sed que dure sunt la-
borantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Propterea quod ita divine pietatis
dispensatione actum est ut interior homo qui renovatur de die in die
non adhuc sub lege positus sed iam sub gratia exoneratus sarcinis
innumerabilium observationum, quod erat vere grave iugum sub dure
cervici conventum, inpositum facilitate simplicis fidei et bone spei et sancte
caritatis quicquid molestiarum exterioris hominis sui secum intulisset
ille precursor qui missus est foras, ab interiori gaudio leve fiet. Nichil
enim tam facile est bone voluntati quam ipsa sibi et hec sufficit deo. Quantumlibet igitur
seviat iste mundus verissime angelis nato in carne domino clamantibus
Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis, quia eius quantumque
erat suave iugum est et sarcina levis. Et sicut dicit apostolus: Fidelis deus qui non
patitur vos temptari super id quod potestis sed faciet cum temptatione proventum ut possitis susti-
nere. Venite ad me omnes etc. et quasi nesciremus de puero domino.

Audivimus in evangelio dominum Jhesum exultantem spiritu dixisse deo patri:
Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et
prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita pater quoniam sic placitum est coram te.

Amor omnia facit levia

Voluntas sufficit deo

10

Mt. 11

Omnia m̄ tradita s̄t a p̄re meo, et nemo agnoscit filiū n̄ p̄r, neq; p̄rem
quis agnoscit nisi filius et cui voluerit filius revelare. In clamando
laboramus, in audiendo laboramus. Audiamus ergo eum qui seq̄r et dicit: Venite
ad me om̄s qui laboratis. Quare enim om̄s laboramus nisi quia sumus hoīes
mortales fragiles infirmi lutea vasa portantes que faciunt invicē angus-
tias. Sed si angustiantur vasa carnis dilatentur spacia caritatis. Quid ergo dicit
Venite ad me om̄s qui laboratis, nisi ut non laboretis. Deniq; promissio
eius in promptu est quia laborantes vocavit. Querent forte qua mercede vocati sunt.
Et ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos et discite a me
non mundum fabricare, non cuncta visibilia et invisibilia creare, non in ipso mundo
miracula facere et mortuos suscitare, sed quia mitis sum et humilis corde. Ma-
gnus esse vis a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere
celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantamcumq; vult et
disponit superimponere molem edificii, quanto erit maius edificium tanto
altius fodit fundamentum. Et fabrica quidem cum construitur in superna consurgit.
Qui autem fodit fundamentum ad ima deprimitur. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur,
et fastigium post humiliationem erigitur. Quod est fastigium construende fabrice
quam molimur, quo perventurum est culmen edificii, cito dico usq; ad
conspectum dei. Videtis quam excelsum est, quanta res est conspicere deum. Qui desiderat
et quod dico et quod audit intelligit. Promittitur nobis conspectus dei veri dei,
summi dei. Hoc est enim bonum, cum videntem videre. Nam qui colunt falsos deos
facile illos vident. Sed eos vident qui oculos habent et non vident. Nobis
autem promittitur visio dei viventis et videntis, ut illum deum videre concupis-
camus de quo dicit scriptura: Qui plantavit aurem non audiet? Qui finxit
oculum non considerat? Non ergo audit qui fecit unde audias, et non videt
qui creavit unde videas. Bene in ipso psalmo prosecutus est et dicit: Intelligite ergo qui
insipientes estis in populo et stulti aliquando sapite. Multi enim propterea mala faciunt
dum putant quod non videantur a deo. Et difficile est quidem ut eum credant
videre non posse, sed putant nolle. Pauci inveniuntur tante impietatis, ut impleatur
in eis quod scriptum est: Dixit stultus in corde suo non est deus. Insania ista pau-
corum est. Sicut enim magna pietas paucorum est, ita et magna impietas paucorum
est. Hoc autem quod dico turba dicit: Ecce modo cogitat deus ut
sciat quid faciam in domo mea, et curat deus quid velim agere in lecto meo.
Quis dicit? Intelligite qui insipientes estis in populo et stulti aliquando sapite.
Cum homo tu sis quia laborare scis omnia domus tue nosse, et perveniat ad te
omnia verba, omnia facta servorum tuorum, putas et deum sic laborare ut
attendat qui non laborat ut careret te oculum? Te non attendit ille
qui fecit te? Tum vocabis et creavit ut esses, non te curat cum iam sis qui
vocat ea que non sunt tamquam sint. Non ergo et hoc promittas vel nolis
videt te, et abeas oculos non est ubi abscondas te. Si enim ascenderis in
celum ibi est, si descenderis in infernum adest. Laboras noles credere a
fratribus malis, et noles non videri a deo magnus labor. Facis mala
cottidie suspectans te non vidi. Audi scripturam dicentem: Qui plantavit

a tuendo audiet, qui finxit oculum non considerat. Ubi mala facta tua
absconderis ab oculis dei. Si non vis recedere ab ipsis multum laboras.
Audi dominum: Venite ad me omnes qui laboratis. Non est finis laborare
fugiendo ab illo, elige fugere non ad illum, invenies quo fugere. Si autem pre
non poteris ab illo fugere quia ubique presens est, de proximo fuge ad eum qui presens
est, ubi stas fuge. Certe fugiendo excessisti celos, ubi est descendisti
ad inferos, quascumque terrarum sollicitudines elegeris ibi est qui dixit: Celum
et terram ego impleo. Ergo si celum et terram ipse implet et quo fugere ab illo non est,
noli laborare, fuge ad presentem ne sentias venientem. Presume te
invisum videre vivendo a quo videri non vis male vivendo. Male enim vi
vendo videri potes, videre non potes. Bene autem vivendo et videris et vides.
Quanto enim familiarius te videbit qui conatur dignum qui misericorditer
vidit ut notaret indignum. Nathanael ait deum quem nondum sciebat
unde me nosti. Ait ei dominus: Cum esses sub arbore fici vidi te. Quid est hoc
multum quod sit? Recordare originale peccatum Ade in quo omnes morimur. Qui
primo peccaverunt de foliis ficulneis succinctoria sibi fecerunt, sicut melius
foliis pruritum libidinis quo peccando pervenit. Inde nascimur
et nascimur in carne peccati nascimur. Quam sola sanat similitudo
carnis peccati. Ideo misit deus filium suum in similitudine carnis peccati.
Inde venit, sed sic non venit. Non enim eum virgo libidine sed fide concepit.
Venit in virgine qui erat ante virginem quam creavit et elegit. Quam et
elegit et creavit. Attulit virgini fecunditatem, non abstulit integritatem.
Cum igitur sine pruritu foliorum fici venit ad te, tu eras sub arbore
fici, vidit te. Spera te videre sublimiter a quo visus es misericorditer.
Et quia magnum fastigium est, de fundamento cogita. Quomodo inquis
fundamento? Disce ab illo qui mitis est et humilis corde. Hoc in te fodi
fundamentum humilitatis et pervenies ad fastigium caritatis, quam sibi ad dominum Mt 12
qui vivit et regnat. // Item eiusdem super illud: Qui blasphemaverit in
spiritum sanctum non remittetur ei etc. II

Magna questio est de recenti evangelica lectione proposita cui solvende
quantum ad nos attinet impares sumus, sed sufficientia nostra ex
deo est, quantum eius adiutorium valeamus accipere possumus.
Primo igitur magnitudinem adtendite questionis, ut cum eius molem humeris
vestris impositam videritis oretis pro laboribus nostris atque in auxilio quod
nobis prebetur inveniatis edificationem mentibus vestris. Cum domino fuisset
oblatus demonium habens cecus et mutus et curasset eum ita ut lo
queretur et videret et stuperent omnes turbe dicentes: Numquid hic est filius David?
Pharisei audientes dixerunt: Hic non eicit demones nisi in Beelzebub
principe demoniorum. Ihesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis: Omne
regnum divisum contra se desolabitur et omnis domus vel civitas divisa contra se
non stabit. Et si sathanas sathanam eicit et adversus se divisus est,
quomodo ergo stabit regnum eius? Hoc dicebat ex ipsorum confessione volebat
intelligi quod ipsi eum non credendo in regno diaboli esse delegissent quod utique adversus se

divisum stare non posset. Eligant ergo pharisei quod volunt. Si sathanas
sathanan non potest eicere nichil contra dominum quod dicerent invenire potuerunt.
Si autem potest multo magis sibi prospiciant et recedant de regno eius quod
adversum se divisum stare non potest. In quo autem dominus Christus eiciat demones
ne demoniorum principe existiment attendant quod sequitur. Et si ego
inquit in beelzebub eicio demones filii vestri in quo eiciunt ideo ipsi
iudices vestri erunt. Dixit hoc utique de discipulis suis illius populi filiis
qui esse discipuli domini ihesu christi bene sibi conscii fuerant, nichil se malarum
artium a bono magistro didicisse ut in principe demonum eicerent
demones. Ideo inquit ipsi iudices vestri erunt. Ipsi inquit ipsi ignobilia
et contemptibilia huius mundi in quibus non artificiosa malignitas
sed sancta simplicitas mee virtutis apparet, ipsi testes mei iu-
dices erunt vestri. Deinde subiungit. Si autem ego in spiritu dei eicio demo-
nes igitur pervenit in vos regnum dei. Id est hoc: si ego inquit in spiritu dei
eicio demones nec aliud putat et filii vestri eiciunt quibus non ad malignarum
doctrinam sed fidei simplicitate dei procul dubio pervenit in vos regnum dei quo
subvertitur regnum diaboli cum quo et vos subvertimini. Et quia dixerat
filii vestri in quo eiciunt ut ostenderet gratiam suam in eis non meritum illorum esse
ait. Quomodo potest quisquam inquit intrare domum fortis et vasa eius diripe-
re nisi prius alligaverit fortem et tunc domum eius diripiet. Filii inquit
vestri qui vel crediderunt in me vel adhuc credituri sunt et eiciunt
demones non in demonum principe sed in simplicitate sanctitatis qui esse vel
fuerunt vel hoc sunt quod et vos estis id est peccatores atque impii et in domo
diaboli et vasa diaboli quos ab eo putatis erui quos prevalente iniquitate
fortiter obtinebat nisi alligarem iustitie mee vinculis et vasa
eius eriperem que fuerant vasa ire et ea facerem vasa mea. Hic est
et quibus apostolus superbis et quasi de suis meritis gloriantibus increpans dicit
Quis enim te discernit. Hoc est a massa perditionis ex adam et a vasis
ire quis te discernit. Et ne quisquam diceret iustitia mea, quid enim
habes inquit quod non accepisti. Sicut et de ipso dicit: Fuimus enim et nos
aliquando natura filii ire sicut et ceteri. Hoc et ipse vas erat in domo illius ma-
li fortis cum esset ante persecutor blasphemus iniuriosus serviens malitia
et invidia sicut fatetur alicubi. Sed ille qui alligavit fortem ab eo
vas perditionis eripuit et vas electionis effecit. Deinde ne putaret
incredulos et impios adversantes non quando greges colligunt pro-
ditorum et contra regnum adversum se esse divisum quem adiungit. Qui non
est mecum adversum me est et qui non congregat mecum spargit. Non ait
qui non est sub nomine nominis mei aut sub specie sacramenti mei sed qui non est mecum
contra me est. Nec ait qui non congregat sub nomine nominis mei sed qui non
congregat mecum spargit. Non ergo est adversum se divisum regnum christi sed homines
conantur dividere quod emptum est pretio sanguinis christi. Non autem dubium quin
sit eius et recedat inquit ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini.

Nam si ab iniquitate non recedit non pertinet ad regnum Christi et nomen Christi
Ut ergo aliqua exempli gratia commemorem spiritus avaritiae et spiritus luxuriae
quia ille congregat, ille profundit, diversi sunt adversi sunt et ambo ad
regnum pertinent diaboli, pagani hostes Christi et iudaei hostes Christi diversi sunt et
Apud idolorum cultores spiritus Iunonis et spiritus Herculis diversi sunt
adversi sunt et ambo ad regnum pertinent diaboli. Arriani et Photi-
niani ambo heretici adversi sunt ambo diversi. Donatistae et
Maximianistae ambo heretici et adversi sunt ambo diversi. Omnia
vitia errores quam multiplicia mala sunt, quae diversa sunt adversi sunt, et
omnia ad regnum pertinent diaboli, ideo non stabit regnum eius. Iusti autem
et impii, fideles et increduli, catholici et heretici diversi quidem sunt
adversi sunt, sed non ambo ad regnum pertinent Christi. Nemini dubium quod sit eius.
Nemo se de vocabulo blandiatur. Si vult ei prodesse nomen domini
recedat ab iniquitate qui invocat nomen domini. Ergo ista verba
evangelica et si haerent ad obscuritatem quaestionis quod domino adiuvante arbitror ex-
planatum, non erat tamen tantae difficultatis quanto apparent esse, quae sunt:
Ideo dico vobis omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, spiritus
autem blasphemiae non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium
hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in
hoc seculo neque in futuro. Quid ergo fiet de his quos lucrari cupit ecclesia?
Numquid non correctis et ad eam ex quocumque errore venientibus spes
facta promittitur remissionis omnium peccatorum? Quis enim non convictus dix-
isse verbum contra spiritum sanctum antequam christianus vel catholicus fieret? Primo ipsi qui
pagani appellantur multorum deorum falsorumque cultores et idolorum
adoratores cum dicunt dominum Christum magicis artibus fecisse miracula,
nonne istis similes sunt illi qui eum dixerunt in principe daemoniorum eic-
ere daemonia? Deinde cum cottidie nostram sanctificationem blasphemant
quid aliud blasphemant quam spiritum sanctum? Quid iudaei qui dixerunt de
domino unde ista exorta est quaestio, nonne usque ad hoc verbum contra spiritum sanctum
loquuntur? Sic cum negant esse in nobis sicut in Christo esse negaverunt.
Neque enim et illi spiritum sanctum maledixerunt aut non eum esse dicerent
quidem sed deum non esse sed esse creaturam aut ad daemones eiciendos
non ista mediator non ad simile de spiritu sancto locuti sunt. Sadducei
cum spiritum sanctum negabant, pharisei vero eum esse contra sadduceorum heresim
defendebant, sed esse in domino Ihesu Christo negabant quem daemones
eicere in principe daemoniorum putabant, cum eiceret ille in spiritu sancto.
Ac per hoc et iudaei et quicumque heretici spiritum sanctum confitentur, sed eum negant
esse in Christi corpore quod est unica eius ecclesia, non utique nisi una catholica,
procul dubio similes sunt phariseis qui tunc etsi esse spiritum sanctum fatebantur
negabant tamen eum esse in Christo, cuius opera in daemonibus eiciendis daemoniorum
principi tribuebant. Omitto quod quidam heretici ipsum spiritum sanctum
vel non creatorem sed creaturam esse contendunt, sicut Arriani et Eunomiani

et macedoniani. Vel cum presumpcione ita negant ut ipsum dicendo esse negent. Vel
sed tantummodo esse deum patrem asseverant et ipsum aliquando filium aliquando vocari
spiritum sanctum, sicut Sabelliani, quos quidam patripassianos vo-
cant, eo quod patrem perhibent passum. Cum negant esse aliquem filium,
sine dubio negant esse spiritum sanctum. Photiniani quoque patrem
solum esse dicentes deum, filium vero non esse nisi hominem, negant omnino terciam
esse personam spiritum sanctum. Manifestum est ergo et a paganis et a iudeis et
ab hereticis blasphemari spiritum sanctum. Numquid ergo deserendi sunt
et sine ulla spe deputandi, quoniam fixa sententia est: Qui dixerit verbum contra
spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro? Et illi soli
existimandi sunt ab huius gravissimi peccati reatu liberi qui ex infancia
sunt katholici? Nam quicunque verbo dei crediderunt ut catholici fierent,
utique aut ex paganis aut ex iudeis aut ex hereticis in gratiam christi
pariterque venerunt; quibus si non est dimissum quod dixerunt verbum contra spiritum sanctum,
inaniter promittitur et predicatur hominibus ut convertantur ad christum, sive
in baptismo sive in ecclesia pace remissionem quam accipiant peccatorum.
Neque enim dictum est ut remittatur ei in baptismo, sed non remittetur neque
in hoc seculo neque in futuro. Nonnullis autem videtur eos tantummodo peccare in spiritum sanctum
qui lavacro regeneracionis abluti in ecclesia et accepto spiritu sancto velud
tanto postea dono salvatoris ingrati mortifero aliquo peccato se im-
merserunt, qualia sunt vel adulteria vel homicidia vel ipsa discessio
a nomine christiano sive a katholica ecclesia. Sed iste sensus unde
probari possit ignoro, cum et penitencie quorumcumque criminum locus in ecclesia non
negetur, et ipsos hereticos ad hoc utique compellendos dicat apostolus:
Ne forte det illis deus penitenciam ad cognoscendam veritatem, et resi-
piscant de diaboli laqueis a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem.
Quid enim eis prodest correctio sine ulla spe remissionis? Pos-
tremo non dicit dominus: catholicus fidelis qui dixerit verbum contra spiritum sanctum;
sed qui dixerit, hoc est quilibet dixerit, quicumque dixerit, non remittetur ei neque
in hoc seculo neque in futuro. Sive ergo sit ille paganus sive iudeus sive christianus,
sive ex iudeis sive ex paganis hereticus, sive aliquod habeat nomen
erroris, non dicit ille aut ille, sed qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, id est
blasphemaverit spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro.
Porro autem si omnis error contrarius veritati et inimicus catholice paci sicut
superius demonstravimus dicit verbum contra spiritum sanctum, nec tamen cessat ecclesia ex omni errore
corrigere atque colligere qui remissionem peccatorum et ipsum quem blas-
phemaverunt accipiant spiritum sanctum, puto quod grande secretum
tam magne huius questionis [illegible] exposicionis a domino requiramus.
Erigite itaque, fratres, erigite ad me aures, ad dominum mentes. Dico
caritati vestre, fortasse in omnibus sanctis scripturis nulla maior questio, nulla di-
fficilior invenitur. Unde ut vobis ad de me ipso fatear, semper in sermonibus quos
ad populum habui huius questionis difficultatem molestamque vitavi, non quia non habere

molestam vitavi

Difficillima est questio
de peccato blasphemie in spiritum [sanctum]

quod ut in de cuius cogitare. Neque enim in re tanta petere, querere, pul-
sare neglexerim; sed ipsi intelligite que michi aliquantum aperiebatur ubi bis
ad hominem accurrentibus me posse sufficere non putarem. Hodie autem lectiones
audirem de quibus nobis esset sermo reddendus, cum evangelium legeretur ita pul-
satum est cor ut crederem deum velle ad hunc per meum ministerium nos au-
dire. Prius ergo ut advertatis et intelligatis ammoneo non dixisse dominum
omnis blasphemia spiritus non remittetur. Neque enim dixisse: Qui dixerit quodcumque
verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei; sed qui dixerit verbum. Quod si dixisset
nichil nobis quod remaneret unde disputare possemus. Nam si omnis
blasphemia et omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum non remittetur hominibus
ex nullo impietatis eorum genere qui dona dei et sanctificationem ecclesie contradicunt
vel paganorum vel iudeorum vel quorumlibet hereticorum vel nonnullorum etiam ipsa
catholica imperitorum quecumque ecclesia lucrarentur. Sed absit ut hoc dominus diceret.
Absit inquam ut veritas diceret omnem blasphemiam vel omne verbum
quod contra spiritum sanctum dicitur non habere remissionem neque in hoc seculo neque in futuro.
Hoc quippe nos voluit difficultate questionis non decipere sine ffite.
Quapropter non est necesse ut omnem blasphemiam et omne verbum quod dicitur contra
spiritum sanctum remissionem quisquam existimet non habere, sed necesse est placere
ut sit aliqua blasphemia et aliquod verbum quod si dicatur contra spiritum sanctum nullam
unquam veniam remissionis consequi mereatur. Quia si omne acceperimus quis nam
poterit salvari? Si autem rursum nullum putaverimus, contradicimus salvatori.
Est ergo sine dubio aliqua blasphemia et aliquod verbum quod si dictum fuerit contra
spiritum sanctum non remittetur. Quod sit autem hoc verbum quia a nobis dominus vo-
luit ideo non expressit, querimus quum volunt non negari. Solet enim scripture
ita loqui ut cum aliquid sic dicitur ut vel ex toto vel ex parte dictum firmatur
non sit necesse ut ex toto fieri possit ut ex parte non intelligatur. Ista ergo
sententia ex toto in universis pronuntiaretur si diceretur: Omnis blasphemia spiritus non
remittetur, aut quicumque dixerit qualecumque verbum contra spiritum sanctum non re-
mittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Ex parte autem id est particulariter pronuntiaretur
si diceretur: Quedam blasphemia spiritus non remittetur. Sententia igitur nec universaliter nec
particulariter enuntiata sententia est. Non enim dictum est: Omnis blasphemia spiritus
aut quedam blasphemia, sed tantummodo indiffinite dictum est: Spiritus blas-
phemie non remittetur. Nec dictum est: Qui dixerit quodcumque verbum, aut
qui dixerit quoddam verbum, sed indiffinite: qui dixerit verbum. Non est
necesse ut omnem blasphemiam vel omne verbum intelligamus. Sed necesse
est plane ut quandam blasphemiam et quoddam verbum voluit intelligi, quod
quoniam id exprimere noluit, ut petendo querendo pulsando si quid
recte intelligamus acceperimus non vilius habeamus. Hoc ut manifestius videatis
attendite quod ait idem ipse in de eis: Si non venissem et locutus eis
fuissem peccatum non haberent. Neque enim ita dictum est ut sine ullo omnino peccato vel-
let intelligi futuros fuisse iudeos si non venisset et locutus eis fuisset.
Plenos quippe invenit onustos peccatis propter quod dicit: Venite ad me omnes

qui laborant et onerati sunt, nisi in sarcinis peccatorum et transgressionibus
legis? Quia lex subintravit ut habundaret delictum. Cum ergo ipse ita alibi
dicat, Non veni vocare iustos sed peccatores; quo si non venisset, peccatum non
haberent; non ex quo ista sententia nec universaliter nec particulariter, sed indiffinite pronunciata
non omne peccatum cogit intelligi, sed plane nisi aliquod peccatum intelligere-
mus quod non haberent, nisi Christus venisset et locutus eis fuisset, falsa, quod
absit, sententiam esse diceremus. Non ergo ait: Si non venissem et locutus eis
fuissem, quoddam peccatum non haberent, ne pium studium parum exerceret.
In omni quippe copia scripturarum sanctarum pascimur apertis, exercemur obscuris.
Illic fames pellitur, hic fastidium. Quia ergo non est dictum peccatum non haberent,
non perturbent cum peccatores invenerint eos, et si Dominus non venisset agnoscunt.
Sed tamen quia dictum est, si non venissem peccatum non haberent, quid intelligendum est,
si non omne, aliquod tamen eos ex adventu Domini quod non habebant con-
traxisse peccatum, scilicet ipsum profecto quod in presentem sibi et loquentem non credi-
derunt, et eum tamquam deceptorem deputantes, quod ipse dicebat, insuper occiderunt.
Hoc peccatum tam magnum et horrendum si non venisset et locutus eis fuisset,
peccatum non haberent utique. Sicut ergo ibi cum audimus peccatum non haberent,
non omne sed aliquod peccatum intelligimus, ita et hodierna lectione cum au-
dimus Spiritus blasphemie non remittetur, non omnem blasphemiam sed
quandam; et cum audimus qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum non remittetur ei,
non omne verbum sed quoddam intelligere debemus. Nam et hoc ipsum quod ait
Spiritus autem blasphemie non remittetur, utique non omnem spiritum, sed spiritum
blasphemie necesse est intelligamus. Quod et si planius alibi non diceret,
quibus tamen rectoribus esset ut ad intelligendum per hanc vim locutionis et audi-
remus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non enim ait et ibi Spiritus sanctus, et tamen
hoc intelligitur, nec quod dixit ex aqua et spiritu, omnem spiritum quisquam intelligere co-
gitur. Quocirca cum audiamus Spiritus autem blasphemie non remittetur, sicut
non omnem spiritum, ita non omnes Spiritus blasphemias oportet accipiamus. Iam vi-
dere vellem nos iubeo quod non est omnis, que nam sit illa blas-
phemia Spiritus que non remittetur, et quod sit verbum quod non est omne quod si
dictum fuerit contra Spiritum sanctum non remittetur neque in hoc seculo neque in futuro.
Iam et ego vellem dicere quod intentissime expectatis audire, sed tollerate
te aliquantas maiores diligentie moras, quo adiuvante Domino
totum quod occurrerit expediam. Alii quippe duo evangeliste Mar-
cus et Lucas cum de hac re loquerentur, non dixerunt blasphemiam
neque verbum, ut intelligeremus non omnem blasphemiam sed quandam,
nec verbum omne sed quoddam. Quid ergo dixerunt? Apud Marcum ita
scriptum est: Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata et
blasphemie quibus blasphemaverint; qui autem blasphemaverit
in Spiritum sanctum non habet remissionem in eternum, sed reus erit eterni delicti.
Apud Lucam ita: Omnis qui dixerit verbum in filium hominis, remittetur illi;
ei autem qui in Spiritum sanctum blasphemaverit non remittetur. Numquid propter

Ex adventu Christi Iudei peccatum habent ...
Si non venisset peccatum non haberent

nonnulla verborum diversitate recedi ab eadem veritate sententie. Nam et si aliter et aliter
cum evangeliste eadem non eodem modo dicant, non sunt inde discrepantes verbis. Verbis non
verborum proponendo nichilque aliud loquentes quam nisi notitiam propter quam
insinuandam verba promuntur. Quid enim ad rem interest utrum dicatur spiritus
blasphemie non remittetur, an dicatur: qui blasphemaverit in spiritum
sanctum non ei remittetur, nisi forte quod eadem res apertius isto modo quam illo dicitur,
et alium evangelista non destruit alter sed exponit. Spiritus autem blasphemie
clause dictum est, quia non expressum cuius spiritus. Non enim quicumque spiritus sanctus est.
Idem potest dici spiritus orationis cum spiritu quisque orat. Unde dicit apostolus: Orabo spiritu,
orabo et mente. Cum vero dictum est: qui blasphemaverit in spiritum sanctum,
ille ambiguitatis solutus est scrupulus. Item quod scriptum est: non habet remissionem in eternum,
sed reus erit eterni delicti, quid est aliud quam id quod sic alter loquitur: non re-
mittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro? Aliis quippe verbis et alio loquendi
modo eadem ipsa est expressa sententia. Et quod est apud Mattheum: qui dixerit
verbum contra spiritum sanctum, nec aliud quam blasphemia intelligatur. Quod pluraliter
alii dixerunt: qui blasphemaverit in spiritum sanctum, eadem tamen res ab omnibus
dicta est, nec ab eorum a loquentium notitia discessit, propter quam intelligenda
verba dum scribuntur leguntur audiuntur. Sed ait aliquis: Ecce accipiet
intellexisti quid tu dicis blasphemia. Nec exponunt omnes an quedam
potest quidem intelligi an omnes. Sed non est necesse ut omnis, sed aut quedam intelligatur.
Sicut enim est quod dicitur: Ita et verbum si non dicatur omne seu quoddam, non est necesse
ut omne intelligatur et non ut quoddam fuit in texu non potest esse quod dicitur.
Sed ubi legitur qui blasphemaverit quo intelligendo quandam blas-
phemiam, ubi non legitur blasphemia, vel quoddam verbum ubi non legitur verbum,
sed tantum generaliter dici videtur qui blasphemaverit, hanc conditionem sit
videndum quid et hic si dicitur qui blasphemaverit quamcumque blasphe-
miam in spiritum sanctum non esse. Cum aliquam blasphemiam quandam putaremus
quam omnem intelligendam deberemus, sed quia non potest omnis intelligi, ne
paganis, neque iudeis, hereticis omnibusque hominum generibus qui diversis erroribus
et contradictionibus suis blasphemantibus spiritum sanctum spes remissionis si
se correxerint auferatur, restat utique ut in eo quod scriptum est
qui blasphemaverit in spiritum sanctum non habet remissionem in eternum,
ille intelligatur qui non omnimodo sed quodam modo blasphemaverit, ut ei
nunquam possit ignosci. Sicut enim in eo quod dictum est: deus neminem temptat,
non omni sed quadam temptationis modo deus neminem temptare intelligendus est,
ne falsum sit id quod scriptum est: temptat vos dominus deus vester, et ne
Christum negemus deum, vel dicamus falsum evangelium ubi legimus: Christus inter-
rogabat discipulum temptans eum, ipse autem sciebat quid esset facturus. Est
enim temptatio perducens ad peccatum, qua deus temptare dignatur. Ita et cum au-
dimus: qui blasphemaverit in spiritum sanctum, non omne blasphemandi genus
debemus accipere, sicut nec ibi omne temptandi. Sicut cum audimus: qui crediderit
et baptizatus fuerit salvus erit, non utique intelligimus quomodo crediderit
qui et demones credunt et contremiscunt, nec eo modo baptizatum

Temptatio varia. Nota tria temptare: seducere, scire, probare.

[illegible] non [illegible]
verbis [illegible]
in [illegible]

non [illegible]

in quo magus symon baptizari potuit, sed salvus esse non potuit. Sic ergo cum diceret qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, non omnes credentes et baptizatos sed quosdam intelligi voluit, eos scilicet constitutos in ea fide que, sicut apostolus distinguit, per dilectionem operatur: ita cum dixit qui blasphemaverit in spiritum sanctum non habet remissionem in eternum, non omnem sed quamdam blasphemiam in spiritum sanctum intelligi voluit reatum, quo quisquis fuerit obligatus, nunquam remissione solvetur. Illud etiam quod ait qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo, quomodo intellecturi sumus? Numquid etiam hic poterimus accipere quos dicit apostolus quod iudicium sibi manducent et bibant, cum ipsam carnem manducent et bibant ipsum sanguinem? Numquid et iudas magistri venditor et traditor impius, quamvis primum ipsum manibus eius confectum sacramentum carnis et sanguinis eius cum ceteris discipulis, sicut apertius lucas evangelista declarat, manducaverit et biberit, mansit in christo aut christus in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant et sanguinem bibunt, vel cum manducaverint et biberint apostate fiunt, numquid manent in christo aut christus in eis? Sed profecto est quidam modus manducandi illam carnem et bibendi illum sanguinem, quo modo qui manducaverit et biberit in christo manet et christus in eo. Non ergo quocumque modo quisquam manducaverit carnem christi et biberit sanguinem christi manet in christo et in illo christus, sed certo quodam modo, quem modum utique ipse videbat quando ista dicebat. Sic ergo et in eo quod ait qui blasphemaverit in spiritum sanctum non habet remissionem in eternum, non quocumque modo blasphemaverit reus huius irremissibilis delicti est, sed modo quodam quem nos querere atque intelligere voluit qui hanc sententiam veram tulit, quam deprompsit.

Que vero sit autem iste blasphemandi modus vel potius [illegible] que vero sit ista blasphemia et quod sit verbum contra spiritum sanctum, iam quantum existimo ipse ordo postulat ut dicamus. Iam quippe expectationem vestram diu sed necessario detentam non ultra differamus. Nostis, karissimi, in illa invisibili et incorruptibili trinitate, quam fides nostra et ecclesia catholica tenet et predicat, deum patrem non spiritus sancti patrem esse sed filii, et deum filium non spiritus sancti filium esse sed patris; deum autem spiritum sanctum non solius patris aut solius filii esse spiritum, sed patris et filii. Et hanc trinitatem, quamvis servata singularum proprietate et substantia personarum, tamen propter ipsam individuam et inseparabilem eternitatis veritatis bonitatis essentiam vel naturam non esse tres deos sed unum deum; ac per hoc pro captu nostro quantum ista per speculum et in enigmate perspicere talibus quales adhuc sumus videre conceditur, insinuatur nobis in patre auctoritas, in filio nativitas, in spiritu sancto patris filiique communitas, in tribus equalitas. Quod ergo commune est patri et filio, per hoc nos voluerunt habere communionem et inter nos et secum, et per illud donum nos colligere in unum quod ambo habent unum, hoc est per spiritum sanctum deum et donum dei. In hoc enim reconciliamur divinitati eaque delectamur. Nam quid nobis prodesset quicquid boni nossemus, nisi et diligeremus? Sicut autem veritate discimus, ita caritate diligimus, ut et plenius agnoscamus et beati cognito perfruamur.

Caritas porro diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Et quia peccatis alienabamur a possessione verorum bonorum caritas coo-
peruit multitudinem peccatorum. Est ergo pater filio veritati origo veritas et filius
de veritate patre orta veritas, et spiritus sanctus a patre bono et filio bono effusa
bonitas omnium. Est autem non impar divinitas nec separata unitas. Primum ergo in
nobis ad accipiendam vitam eternam que in novissimo dabitur de bonitate dei
munus est ab initio fidei remissio peccatorum. Illis enim manentibus manet
quodammodo inimicicia adversus deum et ab illo alienatio que a nostro malo est
quoniam non mentitur scriptura dicens: Peccata vestra separant inter vos et deum vestrum.
Non itaque nobis infert bona sua nisi mala auferat nostra, et tantum illa crescunt
inquantum ista minuuntur, nec illa perficientur nisi ista finiantur. Quod autem Christus
sic in spiritu sancto peccata dimittit quemadmodum in spiritu demones eicit, hinc
intelligi potest quod post eam qua resurrexit a mortuis cum dixisset discipulis
suis: Accipite spiritum sanctum, continuo subiecit: Si cui dimiseritis ... tenebuntur.
Nam et illa regeneratio ubi fit omnium preteritorum remissio peccatorum in spiritu sancto
fit, dicente domino: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in
regnum dei. Sed aliud est nasci de spiritu, aliud pasci de spiritu, sicut aliud est
nasci de carne quod fit cum parit mater, aliud est pasci de carne quod fit
cum lactat infantem, ad hoc conversa ut cum voluptate bibat unde natus est ut
vivat et inde accipiat vivendi alimentum unde nascendi acceperat
initium. Primum itaque credentium beneficium est benignitatis dei in spiritu sancto re-
missio peccatorum. Unde et ita cepit predicatio Iohannis baptiste qui precursor
domini missus est. Sic enim scriptum est: In diebus autem illis venit Iohannes baptista
predicans in deserto iudee et dicens: Penitentiam agite, appropinquavit enim
regnum celorum. Hinc et ipsius domini, quia ita legitur: Exinde cepit Ihesus predicare
et dicere: Penitentiam agite, appropinquavit enim regnum celorum. Dixit autem Iohannes
inter cetera que locutus est ad eos qui veniebant ut ab eo batizarentur:
Ego quidem batizo vos in aqua in penitentiam; qui autem post me venturus est
fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare. Ipse vos
baptizabit in spiritu sancto et igni. Ait et dominus: Iohannes quidem baptizavit aqua,
vos autem baptizabimini in spiritu sancto quem et accepturi estis non post multos
dies usque ad penthecosten. Quod autem dixit Iohannes et igni, quamvis posset
intelligi et tribulatio quam pro nomine Christi credentes fuerant perpessuri,
tamen non absurde est eundem spiritum sanctum et nomine ignis significatum videri.
Propter quod et in adventu eius dictum est: Vise sunt illis lingue divise
velut ignis qui et insedit super unumquemque eorum. Hinc et ipse dominus ait:
Ignem veni mittere in mundum. Hinc et apostolus ait: Spiritu ferventes, quoniam
hinc fervet caritas. Diffunditur quippe in cordibus nostris per spiritum sanctum qui
datus est nobis. Cui fervori contrarium est quod dominus ait: Refrigescet caritas
multorum. Sed perfecta caritas perfectum est donum spiritus sancti. Prius autem illud est quod ad
remissionem pertinet peccatorum, per quod beneficium eruimur de potestate tenebrarum
et princeps huius mundi mittitur foras qui operatur in filiis infidelitatis
nulla alia re nisi societate et obligatione peccati. In spiritu enim sancto quo in unum

Quod in spiritu sancto fit remissio peccatorum

Inpenitencia est spiritus blasphemie

dei populus congregatur eicitur spiritus immundus qui in seipsum divisus est. Huic dono gratuito huic
tuitu contra istam dei graciam loquitur cor impenitens. Ipsa ergo impenitencia est spiritus blas-
phemia que non remittitur neque in hoc seculo neque in futuro. Contra enim spiritum sanctum
quo baptizantur quorum peccata omnia dimittuntur et quem accepit ecclesia
ut cui dimiserit peccata dimittantur ei, verbum valde malum et nimis im-
pium sive cogitatione sive etiam lingua sua dicit quem paciencia dei cum ad
penitenciam adducat, ipse secundum duriciam cordis sui et cor impenitens the-
saurizat sibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii dei qui reddet
unicuique secundum opera eius. Hec ergo impenitencia. Sic enim uno aliquo nomine possumus
utcumque appellare et blasphemiam et verbum contra spiritum sanctum quod remissionem non habet
in eternum. Hec inquam impenitencia contra quam clamabat et preco et iudex dicentes
penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum. Contra quam dominus
os evangelice predicacionis aperuit et contra quam ipsum evangelium in toto orbe pre-
dicandum esse predixit, ubi post eam quam resurrexit a mortuis ait disci-
pulis: Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tercia die et predicari
in nomine eius penitenciam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab
Ierusalem. Hec omnino impenitencia non habet remissionem neque in hoc seculo neque in futuro, quia penitencia
impetrat remissionem in hoc seculo que valet in futuro. Sed ista impenitencia vel
cor impenitens quamdiu quisque in hac carne vivit non potest iudicari.
De nullo enim desperandum est quamdiu paciencia dei ad penitenciam adducit
nec de hac vita rapit impium qui non vult mortem impii quantum ut
revertatur et vivat. Paganus est hodie unde scis utrum sit futurus crastinus christianus?
Iudeus infidelis est hodie quid si cras credat in Christum? Hereticus est hodie quid si
cras sequatur catholicam veritatem? Scismaticus est hodie quid si cras am-
plectatur catholicam pacem? Quid si isti quos notas in quocumque genere erroris et non
tamquam desperatissimos dampnas antequam finiant istam vitam agunt
penitenciam et inveniant veram vitam in futuro? Proinde fratres et ad hoc nos
admoneat quod ait apostolus: Nolite ante tempus quicquam iudicare. Hec enim
blasphemia spiritus cui numquam est ulla remissio quam non omne sed
quoddam intelleximus eamque perseverantem duriciam cordis impenitentis
quod nunc intelleximus ut et quantum existimamus ... non potest
ut diximus ut cognovimus quamdiu adhuc in hac vita est deprehendi quod non
videatur absurdum quod cum homo usque ad finem hanc vitam duram impenitenciam
perseverans, dum multumque loquatur adversus divitias sue gracie et sancti spiritus
et quod contra tam longa contradictione cordis impenitentis quidam breve
aliquod verbum appellant dicentes: Quicumque dixerit verbum contra filium
hominis remittetur ei, qui autem dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur
ei neque in hoc seculo neque in futuro. Hec enim quamvis prolixa sit et plurimis verbis
contexta et conducta blasphemia solet tamen scriptura etiam multa verba
verbum appellare. Neque enim verbum longum est quod ... propheta et tu scis solet
verbum quod factum est ad illum vel illum prophetam. Et apostolus presbyteros inquit
duplici honore honorentur maxime qui laborant in verbo et doctrina. Non ait

in verbis sed in verbo. Et sanctus Iacobus: Estote autem factores verbi et non audito-
res tantum. Non ait et ipse verborum sed verbi, cum tam multa verba de scripturis
sanctis in ecclesia celebriter et solempniter legantur, dicantur et audiantur.
Sicut ergo quocumque tempore quisquis nostrum in predicando evangelium laboravit
non verborum sed verbi dicitur predicator, et quocumque tempore quisquis nostrum nostram
predicacionem diligenter atque instanter audierit non verborum sed verbi auditor
studiosissimus nuncupatur. Ita consuetudine qua scripture loquuntur et que
innotuit ecclesie consuetudo quisquis per universam vitam suam quam in ista gerit
carne quantalibet loquitur protendatur quecumque verba vel de verbo sola
locutione locutus fuerit corde impenitenti contra remissionem peccatorum que
fit in ecclesia verbum dicit contra spiritum sanctum. Ideo autem non solum verbum quod dictum
fuerit contra filium hominis sed omne prorsus peccatum et blasphemia remittetur
hominibus, quia ubi hoc peccatum non fuerit cordis impenitentis contra spiritum
sanctum quo in ecclesia peccata solvuntur cuncta alia dimittuntur. Quomodo autem
hoc dimittetur quod et remissionem impedit aliorum. Cuncta ergo dimittuntur
eis in quibus non est quod numquam dimittetur. In quibus est autem quod hoc numquam
dimittitur nec alia dimittuntur, quia omnium remissio vinculo istius impeditur.
Non ergo propterea quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem
dixerit contra spiritum sanctum non remittetur ei, quia in trinitate non maior est
filio spiritus sanctus, quod nullus umquam vel hereticus dixit. Sed quoniam quisquis
restitit veritati et blasphemavit veritatem quod est Christus et post tantam sui
predicacionem apud homines ut verbum caro fieret et habitaret in nobis
quod est filius hominis idem ipse Christus, si non dixit verbum cordis impenitentis
contra spiritum sanctum de quo dictum est: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
et de quo rursus dictum est: accipite spiritum sanctum, si cui dimiseritis peccata di-
mittentur eis, id est si penituerit, accipiet per hoc donum remissionem
omnium peccatorum. Similiter et huius quod verbum dixit contra filium hominis quia peccato
ignorancie sive contumacie vel quarumcumque blasphemie non addidit
peccatum impenitencie contra donum dei et graciam regeneracionis vel reconciliacionis
que fit in ecclesia spiritu sancto. Proinde non ideo sentiendum est quemadmodum quidam putant
ideo remitti verbum quod dicitur contra filium hominis non remitti autem quod dicitur
contra spiritum sanctum quia propter susceptam carnem factus est filius hominis homo qua
carne utique maior est spiritus sanctus qui secundum propriam substantiam equalis est patri et uni-
genito filio suo secundum eius divinitatem secundum quam ipse filius unigenitus equalis est
patri et spiritui sancto. Nam si hoc propterea diceret profecto de omnibus blasphemia-
taceret, hec sola irremissibilis videretur que contra filium hominis dicitur, quia eum hominem
solum putarent. Cum vero premissum sit: omne peccatum et blasphemia dimittetur
hominibus, quod et apud alium evangelistam ita positum est: omnia dimittentur
filiis hominum peccata et blasphemie quibus blasphemaverint, profecto dumtaxat et
in blasphemia que contra hominem dicitur ista generaliter concluditur, et tamen irremissibilis
definitur que dicitur contra spiritum sanctum, numquam natura propter formam servi acceptam quod sit maior

spiritus sanctus

Non utique sed post commemorationem omnium peccatorum omnisque blasphemie
eminentius voluit exprimere blasphemiam que dicitur contra filium hominis
quam et si nullo peccato fuerint homines obligati quod commemorat ubi ait
Si non venissem et locutus eis fuissem peccatum non haberent. Quod est in
evangelio secundum Johannem valde grave quod dicitur esse peccatum ubi dicit de seipso spiritu sancto
tunc eis se missurum esse promittit. Ille arguet mundum de peccato et de
iusticia et de iudicio. De peccato quidem quia non crediderunt in me. Ita sunt
dixit illa cordibus impenitentis duricia verba que spiritum sanctum et verbum
quod divinitatis est et filium hominis remittere. Hic fortassis aliquis querat
Ro. utrum tantummodo spiritus sanctus peccata dimittat an et pater et filius. Respondemus
quia et pater et filius. Ipse enim filius de patre dicit: Si dimiseritis hominibus peccata
que et pater et filius. Ipse enim filius dimittet vobis et pater vester peccata vestra. Cuique nos dicimus in oratione dominica
Dimittet vobis et pater vester peccata vestra. Cui nos dicere in oratione dominica
pater noster qui es in celis. Atque inter cetera et hoc petimus dicentes Dimitte
nobis debita nostra. De seipso autem ait: Ut sciatis quia habet potestatem filius
hominis in terra dimittendi peccata. Sic ergo ut neque et pater et filius et spiritus sanctus peccata
dimittunt. Cur illa impenitencia que numquam dimittitur tantum ad spiritus blas-
phemiam dicitur pertinere tamquam qui huic impenitencie peccato fuerit obligatus
dono spiritus sancti resistere videatur quia eo dono fiat remissio peccatorum.
Ro. Ubi et ego considero et ita ut eiciendo demonia an et pater et spiritus sanctus
Sic enim tantummodo quod dicit quia ipse dicit: Pater autem in me manens ipse facit opera.
Ita enim dicit quia ipse facit opera tamquam filius non faciat sed pater manens in filio.
Cum vero alio loco dicit: Patris sui et opera et ego operor. Et paulo post
Quecumque enim ille fecerit hec et filius similiter facit. Et ait alio loco dicit:
Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit. Ita dicit quasi solus faciat.
Sic autem hoc dicitur ut tamen inseparabilia sint opera patris et filii quod credendum
est de spiritu sancto nisi quia et ipse operatur. Nam in eodem loco unde exorta
est de spiritu sancto questio quam discutimus cum filius eiceret demonia ipse tamen ait
Si autem ego in spiritu sancto eicio demonia ergo pervenit in vos regnum dei.
Si ego in spiritu sancto eicio demonia quod potius ad patrem vel a filio quia sua
hic forte quis dicat spiritum sanctum dominum potius ad patrem vel a filio quia sua
non esse ad operandum et ad hoc pertinere quod dominus est in spiritu sancto eicio demonia
quod non ipse spiritus sed ipsum sed facere posuit ut sic intelligatur quod dominus est
in spiritu sancto eicio tamquam diceret per spiritum sanctum eicio. Solet quippe ita loqui
scriptura. Interfecerunt in gladio vel per gladium. Succenderunt in igni vel per ignem.
Et accipit Ihesus cultros petrinos in quibus circumcideret filios Israel
in quibus circumcideret filios Israel. Sed quia post demum spiritus sanctus propria
potestate ... attendat quod dicitur a domino ... Spiritus ubi vult spirat.
Illud vero quod apostolus dicit: Omnia autem hec operatur unus atque idem spiritus
dividens singulis prout vult. Quisquis arbitretur quod ea non operatur pater et filius cum eis
operibus commemoravit et donationes enumeravit domini et operationes virtutum
videntur que ut expulsio demoniorum. Et tamen adiungit et dicit: Dividens
propria singulis prout vult. Non enim inter potestates sed a patre et filio plane
individua. Sic ergo hoc ita dicitur ut tamen inseparabiliter opera trinitatis

Ita autem cum opera patris dicuntur non ea sine filio et spiritu sancto intelligantur operari
et cum opera filii non sine patre et spiritu sancto, et cum opera spiritus sancti non sine patre
et filio. Satis notum est recte credentibus vel etiam ut possunt intelligentibus.
Et ideo dictum esse de patre: Ipse facit opera, quia ab illo sit origo et operum
a quo est existencia cooperancium personarum, quia et filius de illo natus est
et spiritus sanctus principaliter de illo procedit de quo natus est filius et cum quo
illi communis idem spiritus. Et ideo quod ait dominus: Si opera non fecissem in eis que
nemo alius fecit, non ad patrem vel spiritum retulisse, quia et ipsi non sunt in illis
operibus cooperati, sed ad homines apud quos legimus multa facta miracula
et tamen nullo que filius fecit. Et quod ait apostolus de spiritu sancto: Omnia hec operatur
unus atque idem spiritus, non ideo dictum quia non ea cooperatur pater et filius, sed quia in
hiis operibus non sunt multi sed unus spiritus in diversis suis operationibus non casu
ipse divisus. Tametsi manifestum sit vocabulo et narratione dicitur patrem dixisse: Hic est
filius meus dilectus in quo michi complacui. Sed hoc
miraculum de celo sonantis vocis quamvis ad personam patris tantummodo pertineat, cooperatorem
tamen esse filium et spiritum sanctum non negamus, quia et cum in terra filius carnem
portans cum hominibus conversabatur in terra, dicendo non erat et in sinu patris
tamquam unigenitus ubi unquam erat de nube non poterat et sapientia et spiritu alienari
credi potest dixisse patrem operacione vocis suorum sonancium atque transeuncium
a sue sapientie simul et spiritus sancti cooperacione separasse. Et cum non vero verissime dicamus
non patrem nec spiritum sanctum sed filium super mare ambulasse, cuius vestigiis
caro erat illa et plante fluctibus innitentes, ideo tamen opus tanti
miraculi patrem et spiritum sanctum cooperatores esse quis ambigat? Sic et
solum filium verissime dicamus ipsum suscepisse carnem, non patrem aut
spiritum sanctum. Et tamen hanc incarnacionem ad solum filium pertinentem quisquis negat
cooperatam patrem aut spiritum sanctum, non recte sapit. Item dicamus non patrem neque
filium sed solum spiritum sanctum et in columbe specie et linguis velut igneis apparuisse
et dedisse pronunciacionem illis in quos veniat multis et variis
linguis magnalia dei. Ad quod tamen miraculum ad solum spiritum sanctum pertinentem
cooperatorem patrem et unigenitum separare non possumus. Ita sunt locorum
communis trinitatis opera, trinitatis opera unicuique operanti cooperantibus duobus
gentem in illis agendi concordia non in uno deficiente efficacia per agendi
ceteris tenta sunt. Hinc est quod dominus Ihesus in spiritu sancto demones eicit. Et
cum et solus hoc implere non poterat atque ideo adiutorium tamquam huic operi non
sufficiens assumebat. Sed spiritum divisum in semetipsum contra se regnum quo gerebat
expelli que patri et filius non divisit in semetipsis quos venerat. Hinc sicut et peccata
quia per ecclesiam non dimittuntur in eo spiritu dimitti oportebat quo in unum
ecclesia congregatur. Denique si quisquam extra ecclesiam suorum peniteat peccatorum
et huius tanti peccati quo alienus est ab ecclesia dei cor impenitens habeat, quid
ei prodest illa penitencia, cum isto solo verbum dicat contra spiritum sanctum quo alienus est ab
ecclesia, que accepit hoc donum ut in ea in spiritu sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem
cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctum intelligitur pertinere.

Remissio peccatorum fit in ecclesia et sp. s.

Ipse est spiritus adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater, ut ei possimus dicere
Dimitte nobis debita nostra. Sicut dicit apostolus Iohannes quoniam Christus manet
in nobis de spiritu quem dedit nobis. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod
sumus filii dei. Ad ipsum enim pertinet et societas qua efficimur unum corpus
unici filii dei. Unde scriptum est: Si qua ergo exhortatio in Christo, si quod solatium
caritatis, si qua societas spiritus. Propter hanc societatem illi in quos primitus venit
linguis omnium gentium sunt locuti, quia per linguas consociata est socie-
tas generis humani. Sic oportebat per linguas omnium gentium significari
istam societatem filiorum dei et membrorum Christi futuram in omnibus gentibus, quemadmodum
tunc ille apparebat accepisse spiritum sanctum qui tenetur in vinculo pacis ecclesie
que diffunditur in omnibus gentibus. Unde dicit apostolus: Studentes servare unitatem
spiritus in vinculo pacis. At ipse est spiritus patris: ipse filius dicit quod de patre
procedit. Et alio loco: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui lo-
quitur in vobis. Et quod ipse sit et spiritus filii apostolus dicit: Misit deus spiritum filii sui in cor-
da nostra clamantem abba pater, hoc est clamare facientem. Nos enim non clamamus
sed in illo, id est ipso diffundente caritatem in cordibus nostris, sine qua inaniter clamat
quicumque clamat. Unde rursus dicit: Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.
Ad quem ergo in trinitate proprie pertinet huius communio societatis? Ad eum spiritum qui est patris
et filii communis. Hunc spiritum quod illi non habeant qui sunt ab ecclesia segregati idem
apostolus apertissime declaravit dicens: Qui se ipsos segregant animales,
spiritum non habentes. Unde in ipsa ecclesia etiam eos qui per nomina hominum quasi in ipsa
eius unitate constitutorum quedam scismata moliebantur, paulus apostolus
arguens inter cetera ait: Animalis autem homo non percipit que sunt spiritus dei, stultitia enim
est illi et non potest scire quoniam spiritaliter diiudicatur. Eos enim qui dixit non percipere i-
sciendo capit, ubi habes in ecclesia constitutos parvulos dicit nondum spi-
tales sed adhuc carnales et lacte alendos non esca. Ut parvulis
in Christo lac vobis potum dedi non escam; nondum enim poteratis, sed nec
adhuc quidem potestis. Ubi dicendo nondum, ut non adhuc perfectionem desperarent,
sic eo tenderent ut sit aliquid quod nondum est. Adhuc enim estis carnales. Et
ostendens unde sint carnales: Cum enim sit inter vos emulatio
nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis? Atque id ipsum planius aperiens:
Cum enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli, alius autem ego Apollo,
nonne homines estis? Quid ergo est Apollo? quid autem Paulus? ministri per quos cre- 1
didistis. Hi ergo et Paulus et Apollo concordes erant in unitate spiritus et vinculo
pacis. Et tamen eos isti inter se dividendo et pro altero inflati adversus alterum
tempserunt, dicit homines et carnales et animales non valentes percipere que sunt
spiritus dei. Et tamen quia non sunt ab ecclesia segregati parvuli appellantur in Christo.
Volebat eos ut angelos vel deos esse cupiebat, arguebat quod
homines erant in his contentionibus, non quod dixisset sed quod hominum sapiebant. De
illis autem qui sunt ab ecclesia segregati non dicitur quia que sunt spiritus non percipientes
nec ad sensum perceptionis referuntur, sed omnino spiritum non habentes vocantur.
Quoniam ut quisque percipiat quod habet, habet ergo ipsum spiritum in ecclesia constituti

parvuli

in ipso adhuc carnales atque animales quid habeant percipere non valentes intelligere et nosse. Nam quod essent parvuli in Christo nisi renati ex spiritu sancto? Nec mirum videri debet quod quisque habet et quod habet ignorat. Ut enim taceam de omnipotentis domini atque incommutabilis trinitatis unitate quis facile scientiam percipiat quid sit anima, et quis non habet animam.

Postremo ut evidentissime noverimus quod parvuli in Christo non percipientes que sunt spiritus dei habent tamen spiritum dei, Paulum apostolum intueamur, quemadmodum eos ipsos increpans ait: Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis? Hoc utique nullo modo diceret ab ecclesia separatis, qui de istis dictum est spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in ecclesia et ad istam societatem spiritus pertinere qui ovibus Christi corporaliter commixtus est ficto corde. Sed enim spiritus discipline fugiet fictum. Proinde quicumque in scismaticis vel hereticis congregationibus vel potius segregationibus baptizantur quamvis non sint renati spiritu tamquam Ismaheli similes qui secundum carnem natus est Abrahe non sicut Ysaac qui secundum spiritum quia per promissionem, tamen ad catholicam veniunt et societati spiritus aggregantur quem foris procul dubio non habebant, non eis repetitur lavacrum carnis. Non enim defuit et foris posita ista forma pietatis, sed accedit que nisi intus non potest dari unitas spiritus in vinculo pacis. Tales quippe erant antequam catholici essent de qualibus dicit apostolus: habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Potest enim esse visibilis forma palmitis et praeter vitem, sed invisibilis vita radicis haberi non potest nisi in vite.

Proinde corporalia sacramenta que portant et celebrant et segregati ab unitate corporis Christi formam possunt exhibere pietatis, virtutem vero pietatis invisibilem et spiritualem in eis esse non potest, quemadmodum nec sensus hominis membrum quando amputatur a corpore. Que cum ita sint, remissio peccatorum quoniam non datur nisi spiritu sancto, in illa tantum ecclesia dari potest que habet spiritum sanctum. Hoc enim fit remissio peccatorum ne princeps peccati spiritus qui in se ipsum divisus est regnet in nobis ut eruti a potestate spiritus immundi templum deinceps efficiamur spiritus sancti, et a quo mundamur accipiendo indulgentiam ipsum accipiamus habitatorem ad faciendam augendam perficiendamque iustitiam. Nam in primo eius adventu cum hii qui eum acceperant linguis omnium gentium loquerentur et stupentes eos qui aderant alloquitur apostolus Petrus, compuncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et ad apostolos: Quid ergo faciemus, fratres, monstrate nobis. Et dixit Petrus ad eos: Agite penitentiam et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Ihesu Christi in remissionem peccatorum et accipietis donum spiritus sancti. Utique in ecclesia utrumque fiebat, et peccatorum remissio et doni huius acceptio, quia erat spiritus sanctus. Ideo autem in nomine Ihesu Christi quia tunc eundem spiritum sanctum promittebat. Quem mittet inquit pater in nomine meo. Neque enim habitat in quoquam spiritus sanctus sine patre et filio, sicut nec filius sine patre et spiritu sancto, nec sine illis pater. Inseparabilis quippe habitatio quorum inseparabilis operatio. Sed singillatim plerumque per creature significationes non per suam substantiam demonstrantur, sicut sonantia spatia syllabis occupantibus separatim voce pronuntiantur.

non tamen a corporibus illis intervallis moventes quae tempore separantur. Non enim unquam
dici potest simul tamen esse non possint unde sunt. Sed ut iam sit dictum de re-
missio peccatorum qua in se divisi spiritus eicitur et expellitur regnum in socie-
tate dei unitatis. Ex quo quando fit ipsa remissio peccatorum tamquam proprium opus
sit spiritus patre sane et filio cooperantibus, quia societas est quodammodo patris
et filii ipse spiritus sanctus. Nam pater non communiter a filio et spiritu sancto quia non est pater
amborum, et filius non communiter filius a patre et spiritu sancto, quia non est filius
amborum; spiritus autem sanctus communiter habetur a patre et filio, quia spiritus est unus amborum.
Quisquis ergo reus fuerit impenitencie contra spiritum sanctum in quo unitas et societas
communionis congregatur ecclesie, nunquam illi remittitur, quia hoc sibi clausit
ubi remittitur, et merito dampnabitur cum spiritu qui in seipsum divisus est
et ipse contra spiritum sanctum qui in seipsum divisus non est. Hoc et ipsa evangelica testimonia
nos admonet si ea perscrutemur attencius. Nam apud Lucam quidem non ibi
hoc dicit dominus ubi videtur eis qui dixerunt: In principe demoniorum eicit
demones. Non ei dimitti qui blasphemaverit in spiritum sanctum, unde apparet
non semel hoc a domino dictum, sed ibi quando neglegenter precedentibus quo loco
dictum sit. Loquebatur enim de hiis qui eum confessi sunt vel negaverint
coram hominibus, ubi ait: Dico autem vobis, quicumque confessus fuerit me coram
hominibus, et filius hominis confitebitur eum coram angelis dei; qui autem negaverit
me coram hominibus denegabitur coram angelis. Et ne ex hoc apostolus Petrus
desperaret salus qui eum coram hominibus ter negavit, continuo subiecit: Et
omnis qui dicit verbum contra filium hominis remittetur ei; ei autem qui in spiritum sanctum
blasphemaverit non remittetur. Illa scilicet blasphemia cordis impenitentis
qua resistitur remissioni peccatorum que fit in ecclesia per spiritum sanctum, quia
blasphemiam Petri quando habuit quem mox penituit quando amare flevit
victoque spiritu qui in seipsum divisus est et qui eum vexandum poposcerat
contra quem pro illo dominus rogaverat ne deficeret fides eius, accepit et ipsum
cui non resistit spiritum sanctum ut non solum ei remitteretur peccatum, sed per eum
predicaretur et daretur remissio peccatorum. Aput duos autem alios ewangelistas
per quos narratur ut de blasphemia spiritus hec sententia diceretur causa extitit
ex commemoratione spiritus immundi qui in seipsum divisus est. Nam et de
domino dicebant quod in principe demoniorum eiceret demones. Ubi ipse dominus ait
in spiritu sancto eiceret demones, ut spiritus qui non est in se divisus eum qui in se
divisus est vincat atque eiciat. Ille autem homo reus perditione remaneat
qui hunc qui in se divisus non est pace per impenitenciam cum ipse detestat.
Hoc enim Marcus ita narrat: Amen dico vobis quia omnia hominibus dimittentur
peccata et blasphemie quibus blasphemaverint; qui autem blasphemaverit
in spiritum sanctum non habet remissionem in eternum, sed reus erit eterni delicti. Hoc
verba domini cum dixisset sua, deinde quoniam dicebant quod dicebat spiritum in-
mundum habet, ut ostenderet hinc fuisse exortam causam ut hoc diceret eo
quod dicebant eum in Belzebub principe demoniorum demones pellere,
non quia esset blasphemia que non remitteretur, cum hec remittatur. Sed ita peccati
tenaciter consequitur. Sed propter hunc dixi causam extitit ut a domino illa sententia proferretur.

Ita mencio est spiritus immundi que adversum seipsum divisum dominus ostendit propter spiritum
sanctum qui non solum adversum se divisus non est sed quos colligit efficit
indivisos, peccata que adversum se divisa sunt dimittendo. eos quos inun-
datos inhabitando ut sit quemadmodum scriptum est in actibus apostolorum
multitudinis credencium erat cor unum et anima una. Huic dono remis-
sionis non resistit nisi qui duriciam cordis impenitentis habuerit.
Nam alio loco dixerunt iudei de domino quod demonium haberet. nec tamen
ibi aliquid dixit de blasphemia spiritus sancti, quoniam non ita obiecerunt spiritum
immundum ut ipse divisus ex eorum verbis posset ostendi sicut beelzebub a
quo demones eici posse dixerunt. In hac vero leccione quam multo
manifestius aperuit dominus quid hic vellet intelligi. quippe dicat verbum
contra spiritum sanctum. Huic unitati contra corde impenitenti resistit ubi in spiritu
sancto fit remissio peccatorum. Hunc enim spiritum sanctum non habent ut iam domini
qui et sacra portantes atque tenentes ab eius congregacione se separa-
rent. Nam ubi dixit de divisione sathane adversus sathanan
et quippe in spiritu sancto eicit demones utique in spiritu qui non est adversus
seipsum sicut se divisus. Ubi continuo ne putarent illos qui sub nomine Christi extra eius
ovile conventicula sua congregat quisquam putaret et regnum Christi
adversum se esse divisum. Qui non est mecum contra me est et qui
non congregat mecum spargit. Ut illos ostenderet ad se non pertinere qui extra
congregacionem vellent congregare sed spargere. Deinde subiunxit Ideo dico
vobis omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus spiritus autem
blasphemie non remittetur. Quid est hoc? Ideo sola spiritus blasphemia non
remittetur, quia qui non est cum Christo contra ipsum est et qui non cum illo congregat spargit.
Ideo utique Qui non cum illo congregat quolibet sub eius nomine congreget
non habet spiritum sanctum. Hic omnino hic nos compellit non alibi intelligere fieri
posse remissionem omnis peccati omnisque blasphemie nisi in Christi congregatione
que non spargit. Congregatur quippe in spiritu sancto qui non est contra seipsum divi-
sus sicut ille immundus spiritus. Et propterea omnes congregaciones vel potius disper-
siones que se Christi ecclesias appellant et sunt inter se divise atque contrarie
unitatis congregacioni que vera est ecclesia eius inimice. Non quidem
eius habent nomen ideo ad eius pertinent congregacionem. pertinerent autem
si ipse spiritus sanctus quo sociatur eius congregacio adversum seipsum divisus esset.
Hoc autem quia non est. Qui enim non est cum Christo contra ipsum est et qui cum illo non congregat
spargit. ideo peccatum omne atque omnis blasphemia dimittetur hominibus
in hac congregacione quam in spiritu sancto et non adversum seipsum diviso congre-
gat Christus. Spiritus autem sancti illa blasphemia qua fit ut corde impenitenti huic
tanto dono dei usque in finem vite istius resistatur non remittetur. Nam
et si quisquam ita sit contrarius verbo ut contra eum loquatur non in spiritu sancto sed unico
filio dei, tamen propterea nobiscum ut nobiscum loqueretur filius hominis esse voluit
velud contra remittere ei eum penitendo quia convertitur ad dei benignitatem qui
mortem impii nollet quam ut revertatur et vivat de cetero sue spiritum sanctum

Spiritus blasphemie :-

ut quicumque in eo peccata dimittit, dimittantur ei. Quisquis autem huic dono
extiterit inimicus, ut non illud per penitentiam petat, sed ei per impenitentiam
contradicat, fit irremissibile; non quodcumque peccatum, sed contempta
vel etiam expugnata ipsa remissio peccatorum. Atque ita dicitur verbum con-
191. Ita fit [?] tra spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem nunquam pervenerit, que ad
remittenda peccata accepit spiritum sanctum. Sed ad quam congregationem etsi
Sacerdotes mali dimittunt peccata per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum et fictum, ab ac-
cessit corde non ficto, in ipso spiritu sancto remissionem accipit peccatorum;
qui in ipsa ecclesia in isto tempore velut area cum palea trituratur, sic
operatur, ut nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur,
atque ita reprobos fugiat, ut etiam per eorum ministerium probos colligat.
Unum ergo suffragium est, ne sit irremissibilis blasphemia: cor
impenitens caveatur. Nec aliud prodesse penitentiam credatur, nisi ut teneatur
ecclesia, ubi remissio peccatorum datur, et societas spiritus in pacis vinculo
custodiatur. Ut potui difficillimam questionem situ [?] aliquatenus potui
domino miserante atque adiuvante tractavi. Quicquid tamen in eius difficultate
apprehendere non valui, non imputetur ipsi veritati, que salubriter probos
et in occultatione exercet, sed infirmitati mee, qui vel intelligenda
conspicere vel inspecta explicare non potui. De his autem que forte potuimus
et cogitando investigare et expedire dicendo, illi sunt agende gratie,
a quo quesivimus, a quo petivimus, ad quem pulsavimus, ut haberemus
unde nos meditando aleremur et vobis loquendo ministraremus.

De verbo ewangelii secundum Matheum, ubi dominus ait: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum etc.

Admonuit nos dominus Ihesus Christus,
ut bone arbores simus et bonos fructus habere possimus.
Mt. 12. Ait enim: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut
facite arborem malam et fructum eius malum; de fructu enim arbor
cognoscitur. Ubi ait: Facite arborem bonam et fructum eius bonum,
hec utique non est admonitio, sed preceptum salubre, cui obedire necessaria est.
Ubi autem dicit: Facite arborem malam et fructum eius malum, non preceptum
est ut faciatis, sed admonitio ut caveatis. Contra hos enim dixit,
qui putabant se, cum mali essent, bona loqui posse vel bona opera
habere. Hoc dominus Ihesus dicit non posse. Prius enim mutandus homo, ut opera
mutentur. Si enim manet in eo quod malus est, bona opera habere non potest;
si manet in eo quod bonus est, mala opera habere non potest. Quem autem a
domino bonum invenit, cum Christus pro impiis mortuus est? Omnes ergo ma-
las arbores invenit, sed dedit potestatem filios dei fieri credentibus in nomine
eius. Quisquis bonus [?] est, mutandus homo ut opera mutentur, vel hodie homo
bonus est, id est arbor bona, mala inventa est et bona facta est. Et si quando venit
malas arbores eradicare vellet, que remansisset quod non dign[a]
esset eradicari? Sed venit prius erogare misericordiam, ut postea exerceat iudicium,
cui dicitur: Misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine. Dedit ergo credentibus
remissionem peccatorum; noluit et de preteritis rationes habere cum eis. Dedit
remissionem peccatorum, fecit arbores bonas, distulit securim

de securi. De hac securi Iohannes loquitur dicens: Iam securis ad radicem arborum
posita est. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem
mittetur. De hac securi paterfamilias comminatur in ewangelio dicens: Ecce
triennium est quod venio ad hanc arborem et fructum in ea non invenio. Nunc
ideo locum evacuat, proinde amputetur. Et intercedit colonus dicens:
Domine dimitte illam et hoc anno, circumfodiam eam et adhibeam cophinum
stercoris, si fecerit fructum bene, sin minus veniens amputabis eam.
Tamquam per triennium dominus visitavit genus humanum, hoc est tribus
quibusdam temporibus, scilicet tempore ante legem, sub lege, et in novo quod est tempus
gratie. Nam signo visitavit humanum genus ante legem, unum Abel, unum Enoch,
unum Noe, unum Abraham, unum Ysaac, unum Iacob, quorum se dominum dici
voluit, et tamen omnes isti erant quasi rari homines dei etc. Ego sum
inquit deus Abraham et Ysaac et Iacob. In lege autem signo visitavit et
ipsam legem non dedit. Post legem venit in tempore paterfamilias, passus est
mortuus est et resurrexit, spiritum sanctum dedit, et ewangelium per totum orbem predicari fecit,
et adhuc quedam arbor infructuosa remansit. Est quedam adhuc
pars generis humani adhuc se non corrigit. Intercedit colonus pro plebe,
orabat apostolus: Flecto inquit genua mea ad patrem, pro quo ut in
caritate radicati et fundati valeatis comprehendere cum omnibus sanctis
que sit latitudo et longitudo, altitudo et profundum. Cognoscere
et supereminentem scientiam caritatis Christi ut impleamini in omnem plenitudinem
dei. Flectendo genua pro nobis intercedit apostolus patrem familias ne
eradicemur. Quod quo contra est ut veniat agamus ut infructuosos
nos non inveniat. Circumfossio arboris est humilitas penitentis.
Omnis enim fossa humilis. Cophinum stercoris sordes peccati, quas cum
stercore vilia et tamen si bene utaris sunt fructuose. Sit ergo unusquisque
arbor bona non se arbitretur habere fructus bonos. Si manet ar-
bor mala non edit fructus bonos. Ut sit arbor bona muta cor et
mutabis opus. Extirpa cupiditatem planta caritatem. Sicut enim est
radix omnium malorum cupiditas sic et radix omnium bonorum caritas.
Quid ergo homines murmurant inter se vel contendunt dicentes quid est bonum.
O si sciretis quid est bonum, quod habere nobis non est valde bonum, quod
cum non nobis hoc est bonum. Nobis enim habere sanitatem corporis est bonum. Nec tamen
putes magnum bonum esse quod habent et mali. Aurum et argentum habere
nobis esse et hoc dico bonum est, sed si bene fueris usus. Bene autem non uteris si
malus fueris, ac per hoc aurum et argentum, sed quia bonis bene est et in usum
bonum conversum. Honorem habere nobis bonum est, sed et hoc si bene utaris, quoniam
multis horum occasio exitii fit, quam multis horum ministerium bonorum operis
fuit. Distinguamus ergo bona ista si possumus quia de bonis verbis loquimur
et hic nunc est. Quid sit quisque cogitare debeat non ut in semetipsum ocu-
los convertat, in se discutiat, se discuciat, se inspiciat, se querat et se inve-
niat et quod displicet necet et quod placet optet et plantet. Nunc i-
pse homo inanem invenit meliorem bonum ut quasi est avidus exteriore bonorum

Visitat deus ter homines
Ante legem
In lege
Post legem

Bonum multiplex
Corpus
Aurum
Honor

Ecce quis potest plena bonis arca, inanis conscientia. Bona vis facere et bonus non vis esse. Non vides erubescere te debere de bonis tuis? Si domus tua plena est bonis et te habet malum, quid tibi est quod vel malum habere dicis? Nichil omnino: non uxorem, non filium, non filiam, non servum, non ancillam, non villam, postremo nec caligam, et tamen vis habere malam vitam. Rogo te, prepone vitam tuam caligae tuae. Omnia que circumiacent oculis tuis elegantia et pulchra et cara sunt, et tu ipse vis esse vilis ac fetidus? Si posset tibi respondere bona quibus plena est domus tua, que habere optasti, que perdere timuisti, nonne tibi clamaret: Sicut tu nos bona vis habere, sic et nos volumus bonum habere dominum. Tacita voce interpellat contra te dominum tuum. Ecce bona tanta dedit vivit et ipse malus est. Et vide si prodest quod habet, cum ille qui omnia dedit non habet. Quia ergo admonitus hiis verbis meis et forte compunctus queris quid sit bonum, quale bonum, unde bonum, bene intellexisti hoc te querere debere. Audi ergo querenti et dicam: hoc est bonum quod non potes invitus amittere. Potes enim aurum perdere et nolens, potes domum, potes honores, potes ipsam corporis salutem. Bonum vero quo vere bonus es nec invitus accipis nec invitus amittis. Quero ergo quale sit hoc bonum. Psalmus quidam admonet nos rem magnam, quam quemadmodum audistis cantavimus: Filii hominum usquequo graves corde, ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium? Et ad hoc quasi ait: quid querendum est? Scitote quoniam magnificavit dominus sanctum suum. Iam Christus venit, iam magnificatus est, iam surrexit et ascendit in celum, iam nomen eius per totum mundum predicatur. Quousque graves corde? Sufficiat preterita tempora, iam magnificato sancto, quousque graves corde? Post tantum quid restat nisi sermo, quousque graves corde, ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium? Adhuc vana, adhuc inutilia, adhuc pompatica et volatica? Ista vero sancto magnificato adhuc ista requiruntur? Iam clamat veritas et adhuc queritur vanitas? Quousque graves corde? Merito fortiter flagellatur hic mundus. Cognovit enim verba domini hic mundus. Et servus inquit nesciens voluntatem domini sui et faciens digna plagis vapulabit paucis. ꝯvent quat voluntatem domini sui. Servus ergo nesciens voluntatem hoc erat mundus antequam magnificaret sanctum suum. Servus erat nesciens voluntatem domini sui. Hic est mundus ex quo magnificavit dominus sanctum suum et non facit voluntatem qui vapulabit multis. Quid ergo miraris si mundus multa vapulat? Servus est sciens voluntatem domini et faciens digna plagis. Noli ergo recusare vapulare multis. Quod si non vult audire preceptorem, iuste patiatur ultorem. Vel non timeat castigatorem cum videat se plagis dignum ut inveniat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Sermo de evangelio secundum Matheum ubi dominus Christus super aquas maris ambulat et de Petro apostolo.

cap. 16. Evangelium quod recentissime recitatum est de domino Ihesu Christo qui super aquas maris ambulavit et de apostolo Petro qui ambulans timendo titubavit

et diffidendo mersus, confitendo vero surgens emersit. Admonet nos intellige-
re mare presens seculum esse, petrum vero apostolum ecclesie vnice typum. Ipse enim petrus
in apostolorum ordine primus et in christi amore promptissimus, sepe vnus respondet
pro omnibus. Ipse idem quando dominus ihesus christus requireret quem nam eum homines
dicerent esse, et opiniones varias hominum discipuli redderent, rursum
quando dominus interrogaret et diceret: Vos autem quem me esse dicitis? Respondit petrus:
Tu es christus filius dei viui. Vnus pro multis dedit responsum, vnitas in multis.
Tunc ei dominus ait: Beatus es symon bariona, quia non tibi reuelauit caro et
sanguis, sed pater meus qui in celis est. Deinde addidit: Et ego tibi dico, tamquam
diceret: quia tu dixisti michi: Tu es christus filius dei viui, et ego tibi dico: tu es
petrus. Symon quippe antea vocabatur; hoc autem ei nomen ut petrus
appellaretur a domino impositum est, et hoc ea figura ut significaret ecclesiam.
Quia enim christus petra, petrus populus christianus. Petra enim principale nomen est.
Ideo petrus a petra, non petra a petro, quomodo non a christiano christus, sed a christo
christianus vocatur. Tu es ergo inquit petrus, et super hanc petram quam confes-
sus es dicens: Tu es christus filius dei viui, edificabo ecclesiam meam, id est super
meipsum filium dei viui edificabo ecclesiam meam. Super me edificabo
te, non me super te. Nam volentes homines edificari super homines dicebant:
Ego quidem sum pauli, ego autem apollo, ego vero cephe, ipse est petrus.
Et alii qui nolebant edificari super petrum sed super petram: ego autem
sum christi. Apostolus autem paulus ubi cognouit se eligi et christum contempni, di-
uisus est inquit christus? Numquid paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine pauli
baptizati estis? Quomodo non in nomine pauli, sic nec in nomine petri, sed in nomine christi: ut petrus
edificaretur super petram, non petra super petrum. Idem ergo petrus a
petra cognominatus beatus, ecclesie figuram portans, apostolatus princi-
patum tenens, continuo post paululum audito quod super petram edi-
ficata esset, postea quam audiuit futuram domini passionem quam predixerat
ea cito futuram discipulis suis, displicuit ei. Timuit ne perderet
moriente quem confessus fuerat vite fontem. Turbatus est dicens: Absit
a te inquit domine, non fiat istud. Propicius tibi esto deus, nolo te mori.
Petrus dicit christo: Nolo te mori. Sed melius dicebat christus: Volo pro te
mori. Deinde continuo reprehendit quem paulo ante laudauerat, et quem
beatum dixerat sathan appellat: Redi inquit post me sathana,
scandalum michi es. Non enim sapis que dei sunt sed que sunt hominis. Quid
nos vult facere ex hoc quod sumus, qui sic culpat quia homines
sumus? Vultis scire quid nos velit facere? Audite psalmum: Ego dixi
dii estis et filii excelsi omnes. Sed humana sapiendo, vos autem sicut
homines moriemini. Idem ipse petrus paulo ante beatus, postea sathanas,
in momento vno, inter paucula verba. Miraris diuersa nomina? Diuersas atten-
de causas. Postea quid miraris quod paulo ante beatus, postea sathanas? Atten-
de causam quare beatus: quia non tibi reuelauit caro et sanguis sed pater meus qui in celis est. Ob beatus

Ecclesia habet in se duplices homines scilicet firmos et infirmos

quia non tibi caro et sanguis revelavit. Si enim caro et sanguis hoc tibi revelavit de
tuo, quia tu non caro ac sanguis tibi revelavit, sed pater meus qui in celis est,
de meo non de tuo. Petre de meo quia omnia que habet pater mea sunt.
Ecce audisti tamen quare beatus et quare petrus. Petre autem tibi quod confes-
sionis et repetendum nimis. Petre quare? non de tuo. Non enim sapis ea que dei
sunt sed que sunt hominum. Hec intuentes nos esse membrum discamus quid
de deo quid de nobis. Tunc enim non titubabimus, tunc in petra funda-
bimur, fixi et stabiles contra adversus ventos ymbres flumina
temptationes videlicet presentis seculi. Illum tu videte petrum qui tunc erat
figura nostra: modo fidit, modo titubat, modo immortalem confitetur, modo timet
ne moriatur. Proinde quia ecclesia Christi habet firmos habet et infirmos, nec sine
firmis potest esse nec sine infirmis. Unde dicit apostolus paulus: Debemus autem nos
firmi infirmorum onera sustinere. In eo quod dixit petrus tu es Christus filius dei
vivi firmos significat; in eo autem quod trepidat et titubat et Christum pati non
vult mortem timendo vitam non agnoscendo infirmos ecclesie significat.
In isto ergo uno apostolo id est petro in ordine apostolorum primo et precipuo in
quo figurabatur ecclesia utrumque genus significandum fuit id est firmi et infirmi
quia sine utroque non est ecclesia. Hinc ergo et quod modo lectum est: Domine iube
me venire ad te super aquas. Si tu es iube me. Non enim possum hoc in
me sed in te. Agnovit quid sibi esset a se quid ab illo cuius voluntate se
credidit posse quod nulla humana infirmitas posset. Ergo si tu es iube quia
cum iusseris fiet. Quod ego non valeo presumendo tu potes iubendo.
Et dominus Veni inquit. Et sine ulla dubitatione petrus ad verbum
iubentis ambulavit ad presentiam hoc regentis sine ulla cunctatione
desilit in aquas et ambulare cepit. Potuit quod non in se sed in domino.
ꝯh nemo potest in paulo, nemo in petro, nemo in alio ullo apostolorum hoc potest in domino.
Ideo bene paulus utiliter se contempnens illum commendabat. Numquid
paulus inquit crucifixus est pro vobis aut in nomine pauli baptizati estis? Non ergo in me
sed mecum, non sub me sed sub illo. Ergo ambulavit petrus super aquas iussu
domini sciens hoc a se habere non posse. Fide valuit quod humana infirmi-
tas non valeret. Hii sunt firmi ecclesie. Attendite audite intelligite
agite. Neque enim agendum est cum firmis aliter ut sint infirmi, sed
agendum est cum infirmis ut sint firmi. Multos enim impedit a fir-
mitate presumptio firmitatis. Nemo erit deo firmus nisi qui se a seipso
sentit infirmum. Pluviam voluntariam segregans deus hereditati tue.
Quid preditis qui quod dicturus sum nostis? temporis velocitas vel seq-
uentis tarditas. Hoc dixi et hoc dico. Audite capite facite. Nemo a deo
fit firmus nisi qui a seipso sentit infirmum. Pluviam ergo voluntariam
segregans deus hereditati sue. Etenim infirmata est, tu vero perfecisti eam,
quia pluviam voluntariam segregasti. Non attendens hominum merita
sed tuam gratiam et misericordiam. Infirmata est ergo ipsa hereditas et agnovit se
infirmam in se ut fiat firma in te. Non firmaretur si non infirmaretur ut abs te

perficeretur

ut

vide hunc hec dicentem portiunculam paulum minimum infirmatum. quid dicit
non sum ydoneus vocari apostolus quia persecutus sum ecclesiam dei. Cur ergo apostolus
es? gratia dei sum id quod sum. Non sum ydoneus, sed gratia dei sum quod sum.
In quo firmatus est paulus, tu non perfecisti eum. Ideo quia gratia dei
quod est, vide quid sequatur. Et gratia eius in me vacua non fuit. sed
plus omnibus illis laboravi. Vide ne presumptione perdas quod infir-
mitate munisti. Bene hoc bene. Non sum ydoneus vocari apostolus, gratia eius sum
quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit. Omnia optime. sed plus
omnibus laboravi. Quasi cepisti tribuere quod paulo ante deo de-
deras. Agnosce et sequere. Non ego autem sed gratia dei mecum. Bene infirme
firmissime eris exaltatus quia non es ingratus. Tu es idem paulus
ipse iste parvus tunc modo magnus. tu es qui ter dominum rogasti ut sti-
mulus carnis angelus sathane a quo colaphizabaris auferretur
a te. Et quid dictum est? quid audisti quando hoc petisti? sufficit tibi gratia mea
nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce enim infirmatus est, tu non perfecisti
eum. Sic et petrus. Iube me venire ad te super aquas. Homo audeo
sed non hominem rogo. Iubeat deus homo ut possit homo quod non potest homo.
Veni inquit. Et descendit et cepit ambulare super aquas. Et potuit petrus
quia iusserat petra. Ecce quid petrus in domino. quid in se? Videns ventum
validum timuit. Et cum cepisset mergi exclamavit. Domine pereo
libera me. presumpsit de domino, potuit de domino, titubavit ut homo
rediit ad dominum. Si dicebam motus est pes meus. psalmus loquitur. Sunt can-
tici vox est si agnoscamus et nostra, ymo si velimus et nostra est.
Si dicebam motus est pes meus. Ecce motus in eo quia meus. Et quid se-
quitur? Misericordia tua domine adiuvabat me. Non virtus mea sed misericordia tua. Numquid
enim deus deseruit titubantem quem audivit invocantem. Ubi est illud? Quis
invocavit dominum et desertus est ab eo. Ubi est et illud? Omnis qui invocaverit
nomen domini salvus erit. Continuo porrigens adiutorium dextere
sue levavit mergentem et increpavit diffidentem. Modice fidei quare dubitasti
De me presumpsisti de me dubitasti. Eya fratres sermo concludendus est.
Attendite seculum quasi mare. ventus validus et magna tempestas. Unicuique
sua cupiditas tempestas est. Amas deum, ambulas super mare,
sub pedibus tuis est seculi tumor. Amas seculum, absorbebit te. Amato-
res suos vorare novit, non portare. Sed cum fluctuat cupiditate
cor tuum, ut vincas cupiditatem tuam invoca christi divinitatem. Putas te esse
contrarium ventum quando est huius seculi adversitas? quando enim bella, quando tumultus,
quando fames, quando pestilentia, quando unicuique homini et singulo evenit privata
calamitas, tunc putatur ventus adversus, tunc putatur deus invocandus.
Quando autem temporali felicitate seculum arridet, quasi non est ventus contrarius. Noli hinc
interrogare temporis tranquillitatem, interroga sed tuam cupiditatem. Vide
si tranquillitas est intra te. Vide si non te subvertit ventus interior. hoc vide.
Magne virtutis est cum felicitate luctari ne illiciat, ne corrumpat,
ne ipsa subvertat felicitas. Magne inquam virtutis est cum felicitate

luctari

Virtutis magne est luctari cum felicitate

magne infelicitatis est a felicitate vincas, dicite calcare scelus, memento te
fidei christi. Et si motus es per temptaciones si titubas si aliquid non superas si mergi
incipis, dic domine perco libera me. Dic perco ne peream. Solus enim a
morte carnis liberat te qui mortuus est in carne pro te. [illegible]
Iussit ihesus discipulos suos ascendere in naviculam. lx

cap. lx

Quociens cumque legere audimus naviculam periclitatem in
periclitationibus fluctuantem petrum mementote christum autem dicite
In qua cum omnibus navigabat expectantes misterium regnantes
cum eum possumus operibus que leguntur in textu aliquid mistice significa-
cionis exsculpere qui de abstrusis favorum cellis mella producimus
vel christi discipulos imitantes spicas manibus confricamus ut ad la-
tencia grana perveniamus et cibum vitam inveniamus. Ascendit ergo dominus in
ihesus christus ut levemus et in monte solus orare. Montis altitudo est quod celi
altitudo altius celo, quibus nos in celum ascendit nomine operacione fidei
nostra. Curat autem solus ascendit quia nemo ascendit in celum nisi qui de celo
descendit filius hominis qui est in celo. Et cum venit et in fine convenit et omnes
suos sua membra collegit ac levavit in celum et tunc solus as-
cendet quia caput cum corpore suo unus est christus. Nunc autem solum caput
ascendit mediator dei et hominum homo christus ihesus. Ipse ascendit solus orare
quia ipse ascendit ad patrem pro nobis interpellare. Interim venit dominus
orat in excelso navicula turbatur fluctibus in profundo quia insur-
gunt fluctus potest ipsa navicula turbari sed quia christus orat non potest mergi.
Navicula quippe ista forte ecclesiam significat turbulentum
mare hoc seculum. Ecclesiam ab inpiis nostris maior est pars persecutorum
indicit certe et quantum in ipso est bannum nomine conatur extinguere
Super naviculam est quanta undas confingit. Ergo in hijs temp-
tacionibus erigatur antempna ut suspensa arbor crucis figitur
hanc sanguine respiciat et non deficiat, quia sic dicit apostolus petrus
christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Dicit et beatus Johannes:
Sic pro nobis christus animam suam posuit, sic et nos debemus pro fratribus animas
ponere. Huic ergo antempne id est cruci christi semper conversacio et pura
confessio tempus cadere vela religetur et huc illa nostra fluctibus abluatur
vestisque tendatur ut sine macula et ruga inveniatur. Contentus
mare seviat, ventus incubat, in fluctus navis ista turbetur
tamen non mergatur. Denique per gerea quam navis hec edificata est in urbem
atque inde certe mare pelagi huius frementis emissa est estuarium vo-
lumina undarum et furencium salvavit eorum. Ducta huc atque
illuc ceterum fuit omnes gencium littoribus appulsum et pugnas maris
quociens venit advectus. Cum enim tam perveniret terra ut quum per
primam remissio peccatorum regnum celorum tum oportebat christum
pati et resurgere a mortuis tercia die, et predicari in nomine eius penitenciam
et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab iherusalem. Venit
ergo dominus ad visitandos discipulos suos qui turbabantur in mari quarta

Ecclesia potest turbari sed non mergi

Antempna ut s[ecundum] pap[iam] et legitur
in textu est malus navis cui velum
appenditur velum. dicta quia ante
[illegible] . Nota [illegible] est
Nota tulit antempnis [illegible] [illegible] manus.

vigilia noctis. Quarta vigilia noctis extrema pars noctis, vigilia una
tres horas habet ac per hoc nox iiii^or vigilias habet ternis horis per singu-
las vigilias distributis. Quarta ergo vigilia noctis hoc est pene
iam nocte finita. Sic veniet in fine seculi iugiter nocte transacta ad
iudicandos vivos et mortuos. Venit enim nunc sicut audistis
valde mirabiliter ambulans super mare. Surgebat fluctus sed
calcabatur. Frementes pelagus sub domini vestigio inclinabat.
Sed tu cum voles noles quem portabat. Quantumlibet tumides scilicet pelagus
tes quem consurgat premit eorum caput. Cum vero appropinquaret navi
tule turbati sunt pre timore discipuli et exclamaverunt putantes
phantasma esse. Quibus dominus ait habete fiduciam ego sum nolite
timere. Quasi ego sum non sum phantasma quod putatis, agnosci-
te quem videtis. Ad hanc vocem exiliit petrus et ait domine si tu
es iube me venire ad te super aquas. Si tu es non miror quod so-
lida carne super liquentis elementi terga suspendis. Quasi cum mirum si-
conditori suo creata famula. Hoc ego non miror fac quod mirer
Ambulet petrus. Fac quod mirer. Iube me venire ad te super
aquas. Scio enim quod corpus humanum nec lege non sinit in fluctibus
liquidis herere fixa vestigia. Sed attendat dominum quoniam et paulum
lunam vel sicut legis existanem. Si tu es iube me venire ad te super aquas
tu deus es. Ego homo sum. Voluisti de meo homo infinite in carne
qua portas. Habeam et ego de tua potestate ut unda me portet
domine si tu es iube me venire ad te super aquas. Quo enim vadit in
mundum novit viam si tu iusseris qui propter nos factus es via. Et
dominus venire. Nec dubitavit petrus audivit dominum vocantem mox
descendit ad ubi. Cito credidit quia fidelis homo erat. Sed cum surrexe-
rit ventus validus titubavit quia homo erat. Titubatio ista fuerat quo-
niam fidei fuit. Sed ubi exclamavit fides iterum resurrexit
non ambularet nisi crederet sed nec mergeretur nisi dubitaret. In petro
itaque omnibus omnium consideranda condicio est. Ut si nobis aliquis
temptationum ventus conatur subvertere vel unda submergere cla-
memus ad Christum. Quidem clamemus oremus. Porriget ille
manum et eruet de profundo. Etenim manu eius deducat nos
et continebit nos dextera eius. Dominus nos ad sempiterna sua per-
ducat promissa. Amen. Feria tercia in quadragesima. Si peccaverit in te frater mt. 18.
tuus corripe eum inter te et ipsum. 17.

Hesterna die sanctum evangelium ammonuit nos non neglige-
re peccata nostra. Si peccaverit inquit in te frater tuus corripe eum
inter te et ipsum, si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si
autem contempserit adhibe tecum duos vel tres ut in ore duorum
vel trium testium stet omne verbum. Si autem et ipsos contempserit dic
ecclesie. Quod si etiam contempserit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Ho-
dierna autem die ad eandem pertinet capitulum quod post hoc quod modo cum
legeretur audivimus. Cum enim dixisset hoc dominus petro subiecit et rogavit

Dnica .22.

nigrum quotiens ignosceret fratri qui in illum peccasset et quesivit utrum suffi-
ceret septies. Deinde narravit similitudinem valde terribilem quod simile est
regnum celorum homini patrifamilias qui posuit rationem cum servis suis inter quibus
invenit debitorem decem milium talentorum et cum iussisset omnia que habebat
venundari et omnem eius familiam et ipsum vendere et debitum solveret
advolutus genibus domini sui rogabat cum dilatione invenit remissionem
misertus est enim dominus eius sicut audivimus et omne debitum dimisit illi.
At ille debito liber sed iniquitatis servus postea quam egressus est a facie
domini sui invenit et ipse debitorem suum qui debebat ei decem milia
talentorum quantum ipsius debitor fuit sed centum denarios. Cepit
autem suffocatum trahere et dicere Redde quod debes. At ille rogabat
conservum suum sicut ille rogabat dominum, sed non iste talem invenit servum qualem ille
dominum non solum remittere illi debitum noluit sed nec dilationem dare.
Extortum rapiebat ad solutionem iam debito domini liber. Displi-
cuit conservis et renuntiaverunt domino suo quod actum esset, et dominus fecit
adesse servum et dixit ei. Serve nequam cum non tanta deberes misertus tui
omnia dimisi. Nonne ergo et te oportebat misereri conservi tui sicut et ego tui
misertus sum. Et iussit omnia que illi dimiserat exigi. Ergo hanc similitudinem
ad nostram instructionem proposuit et admonendo perire nos noluit.
Sic inquit et vobis faciet pater vester celestis si non remiseritis unusquisque
unum fratribus vestris ex cordibus vestris. Ecce fratres res in aperto est admonitio
utilis et valde salubris. Obedientia debetur quod iussum est impleatur.
Etenim omnis homo et debitor est deo et debitorem habet fratrem suum. Quis enim
qui non sit debitor deo nisi in quo nullum potest inveniri peccatum. Quis autem
qui non habeat debitorem fratrem nisi quem nemo peccavit. Putas ne
quisquam inveniri in genere humano reperiri potest qui non et ipse aliquo peccato obstrictus
sit fratri suo. Debitor ergo omnis homo habens, et ipse debitorem. Deus
deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo quod faciet et ipse cum
suo. Duo enim sunt opera misericordie que nos liberant que breviter ipse dominus posuit in
evangelio. Dimittite et dimittetur vobis. Date et dabitur vobis. Dimittite et
dimittetur vobis ad ignoscendum pertinet. Date et dabitur vobis ad prestandum
beneficium pertinet. Quod ait ad ignoscendum et tu tibi ignosci vis et
habes alium cui tu possis ignoscere. Rursum quod pertinet ad tribuendum
beneficium petit te mendicus et tu es dei mendicus. Omnes enim quando oramus
mendici dei sumus. Ante ianuam magni patrisfamilias stamus immo et
prosternimur supplices ingemiscimus aliquid volentes accipere quod ipsum
ad ipse deus est. Quid a te petit mendicus. Panem. Et tu quid petis
a deo nisi christum qui dicit Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Ignosci
vobis vultis. Ignoscite. Remittite et remittetur vobis. Accipere vultis.
Date et dabitur vobis. Sed quid in hac apta precepta de more possit
audite in remissione ubi necia petitur et ab ignoscite debere hoc
propter more quod et petrum monuit. Audivistis de domino ignoscere sufficit
usque septies. Non sufficit ait dominus. Non dico tibi usque septies sed usque septuagies

dimittendum est
septuagies
septies.

septies. Iam tu enim quotiens in te peccaverit frater tuus si potueris pue-
nire usque ad septuagesimam et octavam culpam ut tu sceas septuagies
septies tunc molire vindictam. Itane verum est quod dicitur. Et usque ita si
sit verum ut si peccaverit septuagies septies ignoscas. Si autem peccaverit
septuagies octies liceat tibi non ignoscere. Audeo dicere ut et
si septuagies octies peccaverit ignoscas. Si autem peccaverit ut dixi sep-
ties septuagies peccaverit ignoscas. Et si centies peccaverit ignosce et quo-
tiens quotiens ignosce. Et si quotiens peccaverit ignosce. Ergo ego
dixi totiens et totiens. Omnino quotiens peccaverit ignosce. Ergo ego
ausus sum supergredi modum domini mei. Ille in septuagesimo et septimo
numero ignoscendi limitem fixit. Hunc ergo limitem tu si licet pessimum
transgredi. Non ego ausus sum plus ad ipsum dominum meum audivi loquentem.
Non est verum. Non sum ausus plus. Ad ipsum dominum meum audivi loquentem in
apostolo suo ubi modus et numerus praefixus non est. Ait enim donantes vobis-
metipsis si quis adversus aliquem habet querelam sicut dominus in Christo donavit vobis.
Audistis formam. Si septuagies septies peccata donavit Christus si huc
usque ignovit et ultra negavit, pone et tu limitem et ultra noli ignoscere.
Si autem Christus milia peccata peccatorum invenit et tu omnia dona. Noli subducere
numerum. Si post illius numeri solutionem non est sine causa quod dominus septua-
gies septies dixit. Tu omnino nulla culpa sit quam non debeat ig-
noscere. Ecce ille servus cui debebat inventus est debitor decem milium
talentorum ut puto enim quod decem milium talentorum ut parum
talentorum debebat. Nolo enim dicere unum talentum
sit decem milia talentorum. Conservus autem ille quantum ei debebat centum
quae omnia peccata concludit. Conservus at ille quantum ei debebat centum
denarios debebat. Iam plus est quam septuagies septies et tu utique
et duos quod omnino dimisit. Non solum enim centum plus sunt quam septuaginta
septem sed centum denarii forte mille assero sunt. Sed quod decem
milia talentorum ac pro omnibus culpas quae in nos committuntur pati
simus ignoscere si nobis desideramus ignosci. Si enim consideremus
peccata nostra et inveniamus quod facto quid oculo quid aure quid cogitatione
quid innumerabilibus motibus nescio utrum dormiamus sine talento.
Ergo cottidie petimus cottidie divinas aures orando pulsamus cottidie
nos prosternimus et dicimus Dimitte nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. Quae debita tua omnia an aliqua?
Responde omnia. Sic ergo et tu debitori tuo. Hanc ergo regulam ponis
hanc conditionem loqueris hoc pacto et placito quod oras commemoras
ut dicas Dimitte nobis sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Ergo vult septuagies septies audite fratres magnum
mysterium admirabile sacramentum. Quando dominus baptizatus est Lucas evangelista
ibi commemoravit generationes eius quo ordine quo serie quo stigmate ad eum
generationum veterum fuit qua natus est Christus. Matheus cepit ab Abraham
et venit usque ad Ioseph descendendo. Lucas autem ascendendo cepit numerare.
Quare est descendendo iste ascendendo quod Matheus generationes commendabat
qua descendit ad nos Christus quando natus est Christus cepit numerare descendendo. Lucas
autem quod tunc cepit numerare quando baptizatus est Christus ibi est initium ascensionis.

Iste ascendendo numerare cepit. Quando autem compleuit generaciones septuaginta septem? A quo incipiebat incidente a quo exorsus est numerare usque ad ipsum Adam qui primus peccauit et nos cum peccati obligacione generauit. peruenit usque ad Adam et numerantur generaciones septuaginta septem, et ab Adam usque ad Christum septuaginta septem. Si ergo nulla generacio pretermissa est nulla culpa preterit ubi non debeat ignosci. Nam ideo ipsius septuaginta septem generaciones enumerauit que numero duxit peccatorum remissionem commendauit. Quod et a baptismo cepit numerare ubi omnia peccata soluuntur. Et in hoc fratres adhuc accipite sacratum magis. In septuagesimo et septimo numero misterium est remissionis peccatorum; tot generaciones inueniuntur a Christo usque ad Adam. Deinde paulo diligencius interrogate ipsius numeri secretum, latebras eius ingredimini, pulsate diligencius ut aperiatur. Iusticia lege dei constat in dekalogi decem preceptis commendacio. Ideo ille debebat decem milia talentorum. Ipse est enim ille memorabilis decalogus scriptus digito dei traditus populo per Moysen famulum dei. Debebat ergo ille decem milia talentorum: omnia peccata sunt propter numerum legis. Debebat et ille centum denarios: non minus ab eodem numero. Nam et centies centum fit decem milia et decies deni fit centum. Et ille decem milia talentorum et iste decies denos. Ab ipso enim numero non recessum est in quo utrique inueniuntur utrique peccata, uterque debitor et uterque ueniam deplorator et impetrator. Sed ille seruus malus seruus ingratus iniquus noluit rependere quod acceperat. Noluit prestare quod illi indigno prestitum fuit. Vnde ergo fratres quisque incipit a baptismo liber exiit, dimissa sunt illi decem milia talentorum. Et cum exierit inuenire habet conseruum suum debitorem. Obseruet ergo ipsum peccatum numero undenario transgressio legis est. Lex enim denarius, peccatum undenarius. Lex enim per x, peccatum per xi. Quare peccatum per xi? quia transgressio denarij cum eas ad undenarium. In lege autem modus fixus est, transgressio autem peccatum est. Iam ubi transgrederis denarium ad undenarium uenis. Ideo magnum misterium figuratum est quod iussum est et tabernaculum fabricari, multa ibi mirifica dicta sunt et in magno sacro inter cetera uela cilicina iussa sunt fieri non x sed xi, quia per cilicium confessio peccatorum. Querat autem amplius quibus uis nosse omnia peccata contineri numero isto septuagesimo. Septuplum solet pro toto computari quia septem diebus uoluitur tempus. Et finito septenario rursus ad caput reditur ut eadem semper uoluatur. Per huiusmodi septenarias reuoluciones secula transeunt. A septenario tu numero non recedis. Omnia enim peccata dixit qui septuagies septies dixit, quia undecim duc septies fiunt septuagies septies. Omnia ergo peccata dimitti uoluit qui ea septuagesimo septimo numero perstrinxit. Nemo ergo se retrahat non ignoscendo ne illum teneat qui orat. Dicit enim deus: Dimittite et dimittetur uobis. Sed ego prior dimisi, dimittite ergo peccata. Nam si non dimiseris reuocabo te et quicquid tibi dimiseram

replicabo. Non enim mentitur veritas. Non enim fallit aut fallitur Christus,
qui subiciat dicens: Sic et vobis faciet pater vester qui in celis est. Imitemini
patrem imitantes [illegible]. Si enim imitari nolueritis, exheredare disponit.
Faciet, inquit, pater vester celestis vobis, si non remiseritis unusquisque
fratribus vestris ex cordibus vestris. Ne dicatis in lingua: ignosco, et cor-
de differatis. Supplicium enim animo [illegible] vindictam no-
vit deus ubi dicatis. Voce tua homo audivit, conscientiam tuam deus
inspicit. Si dicis: dimitto, dimitte. Melius est cum clamas ore
et dimittas in corde, quam blandus ore et crudelis in corde. Iam ergo ob-
servat puer indisciplinatus et noluit vapulare, qui sic prescribit
nobis quominus eis dare disciplinam. Peccavi, ignosce. Inde ecce
ignovi, et iterum peccat. Ignosce. Ignovi. Peccat tertio. Ignosce tertio.
ignovi; in quarto vapulet. Et ille: Numquid septuagies septies?
Si hac proposita sententia severitas discipline dormiat, ut repressa
fatigavi. Si hac ... impunita nequitia. Quid ergo faciendum est? Corripiamus
disciplina; sed ex impunita nequitia [illegible]. Ergo faciendum est. Corripiamus
ubi opus est et verberibus, sed delictum dimittamus, culpam de
corde abiciamus. Ideo enim dominus subdidit: De cordibus vestris, ut si per
caritatem imponitur disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid
enim tam pium quam medicus ferens ferramentum? Plorat secandus et secatur;
plorat urendus et uritur. Non est illa crudelitas; absit ut sevi-
tia medici dicatur. Sevit in vulnus ut homo sanetur; quia si vulnus pal-
pet homo perit. Sic ergo ista moneo vos, fratres mei, ut fratres nostros
qui peccaverint omnino diligamus, de corde nostro caritatem erga eos non
dimittamus, et disciplinam cum opus est demus. Ne per solutionem disciplinae
crescat nequitia, et incipiamus propter dominum accusari, quia recitatum est,
nos peccantes coram omnibus et corripe, et arguendi ut ceteri timorem
habeant. Ecce si quis quod solum verum est distinguit ... soli quomodo
habeant. Certe si quis ... solum verum est distinguit tempus et soli
vivere, si peccatum est secretum, et secreto corripe. Si peccatum publicum,
et apertum publice corripiendum ille emendetur et ceteri timeant.
et aptum publice corripient ille emendetur et ceteri timeant.
te et ipsum solum. Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum
solum. Et in Salomone: qui arguit palam pacem facit.

Admonet nos dominus ut non negligenter invicem peccata nostra, non
querendo quod reprehendatis, sed videndo quod corrigatis. Eius quippe
dixit acutum oculum ad eiciendam festucam de oculo fratris
sui qui trabem in oculo suo non habet. Quid autem hoc sit breviter insinuo
caritati vestre. Festuca in oculo ira est, trabes in oculo odium est.
Cum autem qui odit reprehendit irascentem, festucam vult de oculo
fratris tollere, sed trabe impeditur quam ipse portat in oculo suo. Festu-
ca initium trabis est. Nam trabes cum nascitur prius festuca est.
Rigando festucam perducis ad trabem; alendo iram malis suspicionibus
perducis ad odium. Multum autem interest inter peccatum irascentis et crude-
litatem odia habentis. Nam et filiis nostris irascimur; odisse filios

quibus veniet. In ipsis quoque pecoribus vide aliquando buculam sugentem vitulum
tedio quodam avertit irascens, sed visceribus amplectitur. Mirum quod tedium
facit cum impingit. Quid tu si decem? Nec damnas alicui filius disciplina
non aliquantulum irascendo et indignando nec tu dares disciplinam nisi
amando. Usque adeo non omnis qui irascitur odit, ut aliquando magis odisse
se convincatur si non irascitur. Fac enim puerum velle in aquam fluminis ludere cuius
impetu periret; tu si videas et patienter permittis, odisti; tua patientia
illius mors est. Quanto melius est si irascaris et corrigas, quam non irascendo
mori permittas. Odium ergo ante omnia vitandum est, trabes de oculo
eicienda est. Multum quippe interest quod quisque irascitur aliquo modo
ubi excedit, quod postea doleat penitendo, et aliud est servare insidias inclu-
sas in corde. Multum postremo interest inter haec verba scripture: Turbatus est pre ira
oculus meus. De illo autem quod dictum est: Qui odit fratrem suum homi-
cida est. Multum interest inter turbatum oculum et extinctum. Festuca
turbat, trabes extinguit. Hoc ergo primo nobis persuadeamus ut quod
hodie admoniti sumus bene facere atque implere possimus: ante omnia non
odisse. Qui enim quam trabem non est in oculo tuo, vides recte quidquid fuerit
in oculo fratris tui, quod vides non est in oculo fratris tui. Lucem quod habes
est, non te permittit negligere lucem fratris tui. Nam si odisti et vis corripe-
re, quomodo emendas lucem quam perdidisti? Dixit enim hoc aperte eadem scriptura
ubi scriptum est: Qui fratrem suum odit homicida est. Qui odit, inquit, fratrem
suum in tenebris est usque adhuc. Odium tenebre sunt. Necesse est autem fieri ut qui
odit alterum, non sibi prius noceat. Illum enim ledere conatur exterius, se
vastat interius. Quantum autem animus noster corpore maior est, tanto magis precave-
re debemus ne ipse ledatur. Ledit autem animum suum qui odit alterum. Et quid
facturus est ei quem odit? Tollit pecuniam, numquid fidem? Ledit famam,
numquid conscientiam? Quidquid nocet forinsecus nocet; sed attende quid nocet
intus. Inimicus enim sibi ipse est qui odit alterum. Sed quia non sentit quid sibi
mali faciat, in alterum sevit. Et periculosius sevit, quia non sentit quid
in se mali agit, quia seviendo somnum perdidit. Sevisti in inimicum tuum; te sevi-
ente ille nudatus est, tu iniquus. Multum interest inter nudum et iniquum.
Ille perdidit pecuniam, tu innocentiam; quere uter gravius dampnum per-
pessus es. Ille perdidit rem perituram, tu factus es periturus. Ideo debemus
amando corripere, non nocendi aviditate sed studio corrigendi. Tales si
fuerimus, optime facimus quod hodie admoniti sumus. Si peccaverit in
te frater tuus, corripe illum inter te et ipsum solum. Quare illum corripis?
Quia te doles quod peccavit in te? Absit. Si amore tui facis, nihil facis;
si amore illius facis, optime facis. Denique de ipsis verbis attende
cuius amore id facere debeas, utrum tui an illius. Si te audierit, inquit,
lucratus es fratrem tuum. Ergo propter illum fac, ut lucreris fratrem tuum. Si faci-
endo lucraris, nisi fecisses perieras. Quid est ergo quod plerique homines ista peccata
contempnunt et dicunt: Quid magnum feci? In hominem peccavi. Noli contempnere.

hominem peccare. Rubes nosse quia in hominem peccando isti? Si te ille in quem peccasti
corripuerit inter te et ipsum solum et audieris illum, lucratus est te. Quid est
lucratus est te, nisi quia perieras si non lucraretur te? Nam si non perieras, quomodo te
lucratus est? Nemo ergo contempnat quando peccat in fratrem. Dicit enim in quodam
loco apostolus: Sic autem peccantes in fratres et percucientes conscienciam eorum infirmam
in Christum peccatis, ideo quia membra Christi facti sumus omnes. Quomodo non peccas qui peccas
in membra Christi? Nemo ergo dicat quia non peccavi in deum, sed peccavi in fratrem. In
hominem peccavi, leve peccatum est vel nullum peccatum est. Forte inde dicis
leve est quia cito curatur. Peccasti in fratrem, satisfac et sanatus es. Cito fe-
cisti rem mortiferam, sed remedium cito invenisti. Quis nostrum sperat reg-
num celorum, fratres mei, quando dicitur: Quicumque dixerit fratri suo fatue, reus
erit gehenne ignis? Magnus terror, sed inde ibi remedium. Si ob-
tuleris munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid
adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare. Non irascitur deus quia dif-
fers imponere munus tuum; te querit deus magis quam munus tuum. Nam si
malum animum gerens adversus fratrem tuum adveneris cum munere ad deum
tuum, respondet tibi: Tu perieras, quid attulisti? Offers munus tuum, et tu
non es munus dei. Plus querit Christus quem redemit sanguine suo quam quod
tu invenisti in horreo tuo. Ergo relinque ibi munus tuum ante altare et
vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum.
Ecce ille reatus gehenne quam cito solutus est. Nondum reconciliatus
reus eras gehenne; reconciliatus securus offeres munus tuum ad al-
tare. Homines autem faciles sunt ad irrogandas iniurias et diffi-
ciles ad concordiam requirendam. Pete, inquit, veniam ab homine quem
offendisti, ab homine quem lesisti. Respondet: Non me humiliabo. Vel
deum audi. Si fratrem tuum contempnis: Qui se humiliat exaltabitur.
Nonne te humiliabis qui cecidisti? Multum interest inter humiliantem se
et iacentem. Iam iaces et humiliari te non vis? Bene diceres: Nolo
descendere, si noluisses ruere. Hoc ergo debet facere qui fecit iniuriam.
Qui autem passus est, quid debet? Quod audivimus hodie: Si peccaverit in te fra-
ter tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Si neglexeris, peior es.
Ille iniuriam fecit et iniuriam faciendo grandi seipsum vulnere percussit.
Tu vulnus fratris tui contempnis? Tu eum vides perire et negligis?
Peior es tacendo quam ille conviciando. Cum ergo in nos aliquis peccat,
habeamus magnam curam, non pro nobis. Nam gloriosum est iniurias obli-
visci; sed obliviscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui. Ergo corripe
eum inter te et ipsum solum, intendens correctioni, parcens pudori. Forte
enim pre verecundia incipit defendere peccatum suum et quem vis facere
correctiorem facis peiorem. Corripe ergo eum inter te et ipsum solum. Si
te audierit, lucratus es fratrem tuum, quia peribat nisi faceres. Si autem non
audierit, id est peccatum suum quasi iustitiam defenderit, adhibe illi duos vel

tres, qui de duorum vel trium testium stat omne verbum. Si nec ipsos au-
dierit, refer ad ecclesiam. Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum. Sed tamen
nec sic tamen salus eius negligenda est. Nam et ipsos ethnicos, id est gen-
tiles et paganos, in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum sa-
lutem semper inquirimus. Hoc ergo audivimus Dominum ita monentem et tanta cura
praecipientem, ut etiam hoc adderet continuo: Amen dico vobis, quaecumque ligaveritis super
terram, erunt ligata et in caelo, et quaecumque solveritis in terra, soluta erunt in
caelo. Coepisti habere fratrem tuum tamquam publicanum, ligas illum in terra. Sed
ut iuste alliges vide; nam iniusta vincula disrumpit iustitia. Cum
autem correxeris et concordaveris cum fratre tuo, solvisti illum in terra. Cum
solveris in terra, solutus erit et in caelo. Multum praestas, non tibi, sed illi, quia
multum nocuit, non tibi, sed sibi. Haec cum ita sint, aliud est quod hodie ex
lectione proxima audivimus. Quid est quod ait Salomon: Qui innuit oculis cum dolo
congerit hominibus maestitiam, qui autem arguit palam pacem facit. Si ergo qui
arguit palam pacem facit, quomodo Corripe illum inter te et illum solum?
Metuendum est ne contraria sint praecepta divina, sed intelligamus esse
sibi summam concordiam. Non quemadmodum quidam vani sapientes qui
errantes opinantur contraria esse duo testamenta in libris veteribus et novis.
Ut forte putetis hoc esse contrarium, quoniam hoc est in Salomonis libro, hoc in evangelio. Si
enim ab imperito et calumniatore divinarum scripturarum diceretur: Ecce ubi
sibi contradicunt duo testamenta. Cum Dominus dicat: Corripe illum inter te et ipsum solum,
et Salomon dicat: Qui arguit palam pacem facit, ergo nescit Dominus quid prae-
cepit. Salomon vult contundi frontem peccantis, Christus parcit pudori eru-
bescentis. Ibi enim scriptum est: Qui arguit palam pacem facit; hic autem: Corri-
pe eum inter te et ipsum solum, non palam, sed in secreto et occulto. Vis nosse,
quisquis talia cogitas, non esse repugnantia duo testamenta, quia illud in libro
Salomonis, hoc in evangelio reperitur? Apostolum audi. Certe apostolus minister est novi
testamenti. Ergo audi apostolum Paulum Timotheo praecipientem et dicentem:
Peccantes coram omnibus argue, ut et ceteri timorem habeant. Iam non
Salomonis liber cum evangelio, sed Pauli apostoli epistola videtur confligere. Salomonem
paulisper sine iniuria seponamus; Christum Dominum et Paulum servum eius
audiamus. Quid dicis, Domine? Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum
inter te et ipsum solum. Quid dicis, apostole? Peccantes coram omnibus argue,
ut et ceteri timorem habeant. Quid facimus? Quid facimus? Contentionem istam
velut iudices audimus? Absit. Immo sub iudice constituti
pulsemus, ut nobis aperiri impetremus. Fugiamus sub alas Domini
Dei nostri. Non enim apostolo suo contrarium locutus est, quia et in ipso locutus est,
sicut dicit: An vultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Christus in evangelio,
Christus in apostolo. Christus ergo utrumque dixit, unum ore suo, alterum ore praeconis sui.
Quando pro tribunali sedet, non scribit in gestis; praeco dixit.

Sed ille dixisse scribitur qui promissum quod diceret implevit. Duo ergo ista
precepta fratres sic audiamus ut intelligamus et inter utraque precepta
pacem constituamus. Cum corde nostro nos concordemus et scriptura sancta in
nulla parte discordat. Unde et omnino utrumque verum est. Sed discernere debemus
alia esse facienda, alia corripienda fratrem inter te et ipsum solum,
alia corripienda fratrem coram omnibus ut ceteri timorem habeant.
Si alia et alia fecerimus concordiam scripture tenebimus et in faciendo
atque obtemperando non errabimus. Sed dicit mihi aliquis: quando facio istud, quando facio
illud? Ne tunc corripiam inter te et ipsum solum quando debeo coram omnibus
corripere, et tunc corripiam coram aliis quando debeo in secreto corripere.
Cito videbit caritas vestra quid quando faciamus. Sed ut nunc
faciendo non pigri simus, intendite et videte. Si peccaverit in te frater
tuus corripe eum inter te et ipsum solum. Quare? Quia in te peccavit.
Quid est in te peccavit? Tu scis quia peccavit. Quia enim secretum fuit quando
in te peccavit, secretum quere cum corrigis quod peccavit. Nam si solus nosti
quia peccavit in te et eum vis coram omnibus arguere, non es correptor
sed proditor. Attende quemadmodum vir iustus Joseph tanto flagitio quod
de uxore fuerat suspicatus tanta benignitate pepercit antequam sciret
unde illa conceperat, quia gravidam senserat et se ad illam non accessisse
noverat. Restabat itaque certa adulterii suspicio, et tamen quia ipse solus se-
serat ipse solus sciebat, quid de eo ait evangelium? Joseph autem vir iustus
cum esset et nollet eam divulgare. Mariti doloris non vindictam quesivit,
voluit prodesse peccatrici, non punire peccatricem. Et cum nollet eam divul-
gare voluit eam occulte dimittere. Hec eo cogitante ecce angelus
domini apparuit illi in sompnis et indicavit quid esset, quod non violaverat viri
thorum, quia de spiritu sancto conceperat dominum amborum. Peccavit ergo in te frater
tuus; si tu solus nosti tunc vere in te solum peccavit. Nam si multis au-
dientibus tibi fecit iniuriam, et in illos peccavit quos testes sue iniquitatis effecit.
Dico enim fratres mei quod et vos ipsi in vobis ipsis potestis agnoscere.
Quisquis me audiente fratri meo facit iniuriam, absit ut ad me
illam iniuriam alienam putem. Prorsus et mihi fecit; immo non plus fecit cui pu-
tavit placere quod fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus que
peccantur coram omnibus; ipsa corripienda sunt secretius que peccantur
secretius. Distribuite tempora et concordat scriptura. Sic agamus et sic
agendum est non solum quando in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo ut ab alio
nesciatur. In secreto debemus corripere, in secreto arguere, ne volentes
publice arguere prodamus hominem. Nos volumus corripere et corrigere;
quid si inimicus querit audire quem puniat? Novit enim episcopus quemdam homicidam
esse et alius illum nemo novit. Ego volo illum publice corripere, at tu
queris inscribere. Prorsus nec prodo nec negligo. Corripio in secreto, pono ante

peccata occulta
occulte sunt corrigenda
publica publice

oculos Dei iudicium, tu ergo correcta conscientiam persuadeo paenitentiam. Hac causa te
proditi esse deinque. Unde alii homines reprehendunt nos quia quasi non corripiamus,
aut putant nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere quod scimus.
Sed forte quod scis et ego scio, sed non coram te corripio, quia curare volo,
non accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant,
aliquando nobis produntur ab uxoribus suis plerumque zelantibus, aliquando maritorum
salutem quaerentibus. Nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus. Ubi contingit
malum, ibi moriatur malum. Non tamen negligimus id vulnus. Ante omnia osten-
dentes homini in tali peccato constituto, sauciam gerenti conscientiam, id vulnus
esse mortiferum, quod alii qui committunt nescio qua perversitate contemnunt, et
nescio unde sibi testimonia nulla quae vana conquirunt, dicentes: Peccata carnis
nostrae Deus non curat. Ubi est quod hodie audivimus: Fornicatores et adul-
teros iudicat Deus. Ecce attende quisquis tali morbo laboras. Audi quod dicit Deus,
audi non quod dicit favens peccatis tuis amicus tuus, aut eadem tecum
iniquitatis catena ligatus amicus tuus, vel potius inimicus tuus et suus.
Audi ergo quod dicit Deus: Honorabiles nuptiae in omnibus et thorus imma-
culatus. Fornicatores autem et adulteros iudicat Deus. Age ergo, frater, esto
correctus. Times ne te inscribat inimicus, et non times ne te iudicat
Deus? Ubi est fides? Time cum est quod timeas. Longe est quidem dies iudicii,
sed uniuscuiusque hominis dies ultimus longe esse non potest, quia brevis est vita, et quia ipsa
brevitas semper incerta, quando sit dies tuus ultimus nescis. Corrige te hodie
propter cras; possit esse et mori. In secreto correptio. Palam enim loquor, et in
secreto arguo. Aures omnium pulso, sed conscientias quorundam quaero. Si
dicerem: Tu es adulter, corrige te; primo forte dicerem quod nescirem,
forte quod temere audierim suspicarer. Non dico: Tu adulter, corri-
ge te, sed quisquis in hoc populo adulter es, corrige te. Publica est correptio, sed
secreta correptio. Scio ille qui timuerit corriget se. Non dicat in
corde suo: Peccata carnis non curat Deus. Nescitis, inquit Apostolus, quia templum
Dei estis et Spiritus Dei habitat in vobis? Quisquis templum Dei violaverit, disperdet
illum Deus. Nemo se fallat. Sed forte ais: Templum Dei animus meus est,
non corpus meum, et addicit et testimonium: Omnis caro fenum et omnis claritas
carnis ut flos feni. Infelix interpretatio, punienda cogitatio. Fenum
dicta caro quia moritur; sed quod ad tempus moritur, non resurgat cum gaudio?
Vis nosse apertam inde sententiam? Nescitis, inquit idem Apostolus, quia corpora vestra
templum in vobis est Spiritus sancti quem habetis a Deo? Contemnebas corporale
peccatum, contemnis quia peccas in templum. Ipsum corpus tuum templum est
Spiritus Dei. Iam vide quid facias de templo Dei. Si eligeres in ecclesia facere
adulterium inter istos parietes, quid te esset sceleratius? Modo autem tu ipse es
templum Dei: templum intras, templum exis, templum in domo tua
manens, templum surgis. Vide quid agas, vide ne offendas templi
habitatorem, ne deserat te et in ruinam vertaris. Nescitis, inquit, quia

corporalia. Et hoc de fornicacione loquebatur apostolus ne contempnerent
corporalia peccata. templum nostrum est spiritus sancti quem habetis a deo et non estis
vestri. Empti enim estis precio magno. Si contempnis corpus tuum considera
precium tuum. Scio ego et mecum omnis homo qui paulo attencius con-
siderauit neminem diligentem timentem sub verbis eius non se corrigentem nisi qui
putat quod plus diu vivere sperauerit et quam multos occidit cum dicunt
cras cras et subito hostium clauditur remansit foris cum voce cor-
vina quia non habuit gemitum columbinum. Cras cras corvi vox.
gemerit columba et tunde pectus. Sed plagas dando in pectus teipsum
correctus esto ne non videaris conscienciam cedere sed mala conscienciam
pugnis pavimentare solidiorem reddere non correctiorem. Geme
non inani gemitu. Forte enim dicis tu promisit michi deus indulgen-
ciam quando me correxero securus sum lego diuinam scripturam. In quacumque
die conversus fuerit ab iniquitatibus suis et fecerit iusticiam omnes iniquitates
eius obliviscar. Securus sum quando me correxero dat michi deus
indulgenciam de malis meis. Et quid ego dicturus sum contra deum
clamaturus. Dicturus sum deo noli dare illi indulgenciam. Dicturus sum hoc
scriptum non est si ista dixero omnia falsa dico. Bene dicis verum dicis indul-
genciam correctioni tue promisit deus negare non possum. Sed dic michi
rogo te ecce consencio et concedo et cognosco quod indulgenciam tibi
promisit deus. Crastinum enim diem quis tibi promisit. Ubi michi legis indul-
genciam te accepturum si te correxeris. Legis ibi michi quantum victurus sis.
Non lego inquis. Nescis ergo quantum victurus sis. Esto correctus et semper
paratus. Noli timere diem ultimum tamquam furem qui te dormientem effodi-
at parietem sed vigila et corrige hodie quid differs in crastinum.
Longa vita erit ipsa longa bona sit. prandium bonum longum
nemo dicit. et vitam malam longam vis habere utique si non longa erit
melius bona erit. si breuis erit bene finiet ut perduceret. Sic autem ho-
mines negligunt vitam suam ut nolint habere malum nisi ipsam.
Villam emis bonam queris. uxorem vis ducere bonam eligis. fi-
lios tibi vis nasci bonos optas. Caligas emis et non vis ma-
las et vitam amas malam. Quid te offendit vita tua quam solam
vis malam ut inter omnia bona tua solus sis malus. Ergo fratres
mei si aliquem vestrum vellem in parte corripere forte audiret me.
Multos enim publice corripio omnes me laudant audiat me ali-
quis. Non amo in voce laudatorem et in corde contemptorem. Cum me lau-
das et non te corrigis contestis es. Si malus es et quod dico placet
displicet tibi quod si malus displicueris tibi, correctus placebis tibi. Quod
[illegible] non fallor dixi omnibus vobis meis speculum propono
non mea ista sunt verba sed domini [illegible] non taceo.
Nam quibus non eligit tacere et tamen de vobis non reddere sed [illegible]
[illegible] possumus quod debemus. Audistis
fratres mei [illegible] ad hebreos legeretur. Obedite prepositis vestris et
subditi estote quia ipsi vigilant pro animabus vestris tamquam racionem reddituri pro
nobis

Multi dampnantur sperantes diu vivere

ut cum gaudio hoc faciat et non cum tristitia. Non enim expedit vobis. Quam fatigat ista
cum gaudio quando videmus homines proficere in rebus dei. Quam cum gaudio la-
borat operarius in agro, quando attendit arborem et fructum videt; quando attendit
segetem et fructum aree prospicit ubertatem. Non sine tamen laboravit,
non sine tamen dorsum curvavit, non sine tamen manus attrivit, non sine
tamen frigus et estus tolleravit. Hoc est quod ait: Ut cum gaudio hoc faciat
et non cum tristitia. Non enim expedit vobis. Numquid dixit: non illis expedit?
Sed dixit: Non expedit vobis. Nam illi prepositi quando contristantur de ma-
lis vestris, expedit illis ipsa tristitia, prodest illis; sed non expedit
vobis. Simul ergo fratres in dominico agro bonum operemur ut sit de mercede
gaudeamus. // Item sermo sancti Augustini. Omnibus venire ad vitam suam manda-

Precepit dominus cuidam adolescenti. Omnibus venire ad vitam suam
mandata. Non dixit: si vis venire ad vitam eternam, sed si vis ve-
nire ad vitam. Eam definivit vitam que fuit eterna vita. Hoc
quo vite amore nos premit quomodo comedemus. Etenim amatur et qualis
vita ista, et ipsam qualemcumque erumpnosam miseram finire homines ti-
ment et pavescunt. Hinc videte, hinc considerate quemadmodum
amanda sit eterna vita, quando sic amatur misera vita ista et quamquam finienda
vita. Considerate fratres quantum amanda sit vita ubi numquam finiatur vita.
Amatis ergo istam vitam ubi tantum laboratis, curritis, satagitis, anhelatis.
Et vix enumerantur que necessaria sunt in misera vita. Seminare, arare,
novellare, navigare, molere, coquere, texere, et post hec omnia finire habes
vitam. Ecce que pateris in misera ista quam diligis ut vitam, putas te
per victurum et numquam moriturum. Templa saxa marmorea ferro
plumbo quoque consolidata tamen cadunt, et homo quando se putat moriturum?
Discite ergo fratres querere eternam vitam ubi istam non tolerabitis. Fratres etiam
cum domino regnabit. Cum enim multum vita sit, dicit propheta: Diligit videre
dies bonos. In diebus malis mors potius optatur quam vita. Nonne
audivimus et videmus omnes aliquos in tribulationibus et angustiis con-
flictationibus et egritudinibus dum sunt constituti, et videt se laborare
ut ad dicendum: Deus dimitte me in morte; accelera dies meos, et
aliquando venit egritudo, curritur, adducuntur medici, solidi et munera
permittuntur. Dicit ipsa mors: Ecce adsum quam paulo ante a domino pe-
tebas. Quando non fugere vis, invenit te falsatorem et misere vite
amatorem. De hijs ait diebus quos agimus apostolus ait: Redimentes
tempus quoniam dies mali sunt. Non sunt ergo mali dies quos agimus in cor-
ruptela huius carnis ubi tanta sarcina corruptibilis corporis, ubi tantas
temptationes, ubi tantas difficultates, ubi falsa voluptas, nulla se-
curitas gaudii, timor torquens, cupiditas avida, tristitia
arida. Ecce quam malos dies, et nemo vult finire ipsos malos di-
es. Multum quippe hic rogant homines deum ut diu vivant. Quid est autem diu vivere
nisi diu torqueri. Quid est autem diu vivere quam malos dies malis diebus addere.
Et currere sunt pueri quando attendunt tot dies et nesciunt quia minuuntur
minuunt

Et ipsa est ista computatio. Cum crescentibus enim decidunt dies potius quam
accedunt. Constitue alicui homini nato ubi gratia octoginta annos
quicquid vivit de summa minuit, et inepti homines gratulantur plurimis
natalitiis tam suis quam filiorum suorum. O virum prudentem! Si et vinum
minuatur in butte, tristaris; dies perdis et gaudes. Mali ergo sunt
dies et eo peiores quia diliguntur. Sic blanditur hic mundus ut nemo
velit finiri erumpnosam vitam. Vera enim vita vel beata hec est cum resurgemus
et cum Christo regnabimus. Nam et impii resurrecturi sunt, sed in ignem
ituri. Vita itaque non est nisi beata, et beata vita esse non potest nisi eterna, ubi sunt
dies boni, nec multi sed unus. Ex consuetudine humana appellati sunt
dies. Dies ille nescit ortum, nescit occasum. Illi diei non succedit
crastinus, quem non expellit hesternus. Hunc diem vel hos dies et hanc vitam
et veram vitam in promissis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si ergo amamus mercedem,
in opere non deficiamus, et in eternum cum Christo regnabimus. · ayt 20 ·
Et cetera. Sermo de duobus cecis sedentibus secus viam et clamantibus.

Bene nobiscum. Novit sanctitas vestra, Domine miserere mei. · 18 ·
dominum nostrum et salvatorem Ihesum Christum medicum esse nostre salutis eterne
et ad hoc suscepisse infirmitatem nature nostre, ne sempiterna esset
infirmitas nostra. Assumpsit enim corpus mortale, quo occideret mortem,
et quamvis crucifixus est ex infirmitate nostra, sicut ait apostolus, sed vivit ex virtute
dei. Eiusdem apostoli verba sunt: Et quia iam non moritur et mors ei ultra non
dominabitur. Hec ergo bene nota sunt fidei vestre. Similiter et hoc quod sequitur nonnumquam
omnia miracula que corporaliter fecit valent ad admonitionem
nostram, ut percipiamus ab eo quod non est transiturum nec finem habiturum.
Oculos reddidit cecis, quos claudit utique mors aliquando.
Resuscitavit Lazarum iterum moriturum. Et quecumque ad salutem
corporum fecit, non ad hoc fecit ut sempiterna essent, cum tamen daturus sit et
ipsi corpori in fine sempiternam salutem. Sed quia ea que non videbantur non crede-
bantur, per ista temporalia que videbantur edificabat fidem ad illa que non
videbantur. Nemo itaque, fratres, dicat non facere ista modo dominum nostrum
Ihesum Christum, ut propter hoc presentibus ecclesie temporibus priora preponat. Quodam quippe
loco idem dominus videntibus et non credentibus preponit eos qui non vident
et credunt. Nam et eo illo tempore discipulorum eius nutabat infirmitas,
ut quem videbant iam resurrexisse et contrectando putarent, ut
crederent. Non sufficiebat oculis quod videbant, nisi et manus admoverentur
membris, ut cicatrices recentium vulnerum tangerentur, ut ille qui
dubitabat discipulus repente tactis et cognitis cicatricibus ex-
clamaret: Dominus meus et deus meus. Cicatrices ostendebat cum qui
omnia vulnera in aliis sanaverat. Numquid non poterat dominus sine ci-
catricibus surgere? Sed in corde discipulorum vulnera noverat, propter que
sananda cicatrices in corpore suo servaverat. Et quid dominus illi iam confitenti
ac dicenti Dominus meus et deus meus? Quia vidisti me, inquit, credidisti.
Beati qui non viderunt et crediderunt. Quos nos dixit, fratres, nisi nos?
non quia solos nos, sed et post nos. Post paucum enim tempus peregit quam ab oculis

mortalibus recessit ut firmaretur in cordibus. Quicumque crediderunt non vi-
dentes crediderunt, et magnum meritum huius fidei corporis. Cui fidei tocius
pande cordium amorem, pervenio et palpare manum. Hec ergo fe-
cit ut initiaret ad fidem. Hec fides nunc fervet in ecclesia toto orbe
diffusa. Et nunc maiores sanitates operantur propter quas non est
dedignatus tunc exhibere illas minores. Sicut enim anima me-
lior est corpore, sic et melior salus anime quam salus corporis. Modo caro
ceca non aperit oculos miraculo domini, et cor cecum aperit oculos domi-
nico sermone. Modo non resurgit mortale cadaver, resurgit anima que mor-
tua iacebat in vivo cadavere. Modo aures corporis surde non aperiun-
tur, sed quam multi habent aures clausas cordis que tamen verbo dei penetrante
patescunt ut credant qui non credebant et bene vivant qui male vi-
vebant, et obediant qui non obediebant, et dicimus ille credidit ac mira-
mur cum audimus de hiis quos aliquando duros noveramus. Cur ergo
miraris nunc credentem orantem deo servientem, nisi quia conspicis videntem
quem noveras cecum, conspicis viventem quem noveras mortuum, conspicis
audientem quem noveras surdum. Nam videte tales mortuos de quibus
mortuis dicebat dominus cuidam tardanti ne dominum sequeretur quia
sepelire patrem volebat: Dimitte mortuos sepelire mor-
tuos suos. Certe mortui sepultores non sunt corpore mortui, quia si hoc
essent mortua corpora sepelire non possent; tamen mortuos eos vocat
ubi non integra anima. Sicut enim et in visibilibus plerumque in domo integra
et salva dominus eiusdem domus mortuus iacet, sic in corpore integro
multi habent intus animam mortuam. Et hos sic excitat apostolus:
Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus.
Ipse illuminat excecatum qui excitat mortuum. Cuius enim voce
per apostolum clamatur ad mortuum: Surge qui dormis, certe luce
illuminabitur cum surrexerit. Surdos autem quam multos ante oculos
suos dominus intuebatur cum diceret: Qui habet aures audiendi audi-
at. Quis enim ante illum stabat sine corporis auribus? Quas ergo alias aures
querebat nisi interioris hominis requirebat? Dicite quales oculos querebat cum
loqueretur utique videntibus, sed videntibus per oculos carnis. Nam cum ei
diceret Philippus: Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis, hic quidem
hoc intelligebat ut demonstratus pater posset sufficere. Sed tamen non
sufficiebat equalis patri quo sufficiebat pater? Et quare non sufficie-
bat? quia non videbat. Quare non videbat? quia nondum erat sanus oculus
unde videre posset. Hoc enim quod in carne dominus videbatur his oculis non
soli discipuli viderunt qui honoraverunt, sed et iudei qui crucifixerunt.
Qui ergo aliter se videri volebat alios oculos requirebat.
Et ideo sic respondit dicenti: Ostende nobis patrem et sufficit nobis, tanto tempore
vobiscum sum et non cognovistis me? Philippe qui videt me videt
et patrem. Et ut interiori oculos fidei sanaret prius eum admonet
de fide ut possit ad speciem pervenire. Et ne sic putaret Philippus
cogitandum deum quomodo videbat in corpore dominum Ihesum Christum, constatim subiecit

Non credis quia ego in patre et pater in me est? Iam dudum dixerat: Qui me videt
videt et patrem, sed nondum habebat Philippus sanum oculum unde videret patrem
atque ideo unde videret ipsum filium patri coequalem. Itaque aciem mentis
adhuc sauciam et tantam lucem sanandam atque firmandam fidei
medicamentis fomentisque suscepit et ait: Non credis quia ego in patre
et pater in me est? Qui ergo nondum potest videre quod demonstraturus est dominus, non prius
querat videre quod credat, sed prius credat ut possit oculus sanari
quo videat. Sola enim forma servi exhibebatur servilibus oculis, quia ille
qui non rapinam arbitratus est esse equalis deo, si ab eis quos
sanare volebat iam videri posset equalis deo, non opus haberet semet
ipsum exinanire et formam servi accipere. Sed quia erat unde videretur deus
et erat unde videretur homo, qui deus erat factus est homo ut id quod videbatur
sanaret id unde non videbatur. Ipse enim alio loco ait: Beati mundo
corde quoniam ipsi deum videbunt. Poterat utique Philippus respondere et dicere:
Domine, ecce video te; talis ne est pater qualis est hic quem video, quoniam
dixisti: Qui videt me videt et patrem? Sed antequam hoc responderet Phi-
lippus, vel fortasse antequam cogitaret, cum dixisset dominus: Qui videt
me videt et patrem, continuo subiunxit: Non credis quia ego in patre
et pater in me est? Illo enim oculo nondum videre poterat vel patrem vel
equalem patri filium. Sed ut sanaretur oculus ad videndum inungebatur
erat ad credendum. Ideo antequam videas quod videre non potes, crede
quod nondum vides. Ambula per fidem ut pervenias ad speciem.
Species non letificabit in patria quem fides non consolatur in via. Sic
enim dicit apostolus: Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Statimque
subiecit: Quamdiu adhuc peregrinamur a domino, quamvis iam credidimus,
per fidem enim ambulamus et non per speciem. Tota ergo fratres opera nostra
in hac vita est sanare oculum cordis unde videatur deus. Ad hoc sacro-
sancta misteria celebrantur, ad hoc sermo dei predicatur, ad hoc exhortationes
ecclesie morales, id est pertinentes ad corrigendos mores, ad emenda-
das carnales concupiscentias, ad renunciandum non voce tantum sed
mutata vita huic seculo. Ad hoc agitur quicquid agitur divinis sanctisque
litteris ut purgetur interius illud ab ea re que nos impedit ab aspectu dei.
Sicut enim oculus factus est ad hanc lucem temporalem videndam, quamvis
celestem tamen corpoream atque conspicuam non solum hominibus sed et vilissimis
animantibus (ad hoc enim factus est ut hanc lucem videat), tamen si aliquid immis-
sum fuerit vel irruerit unde turbetur, secluditur ab hac luce; et quamvis eum
sua presentia circumfundat, ille tamen avertit se atque absens est. Non solum
autem absens fit perturbatione sua a luce presenti, sed et penalis illi est lux
ad quam videndam factus est. Sic et oculus cordis perturbatus atque
sauciatus avertit se a luce iusticie nec eam audet contemplari nec valet.
Quid turbat oculum cordis? Cupiditas, avaricia, iniquitas, concupiscentia
secularis turbat, claudit, excecat oculum cordis. Et tamen quomodo queritur
medicus cum oculus carnis turbatus est, quomodo non differtur ut aperiatur

Tota opera nostra est ad hoc ut sanetur oculus cordis ut videatur deus.

Oculus cordis turbatur viciis.

atque purget et sanet unde lux ista videatur. Certe nemo requiescit
nemo differt si stipula in oculum cadat, solem ecce quem sanis oculis
videre volumus deus fecit, multo utique est lucidior ille qui fecit. Nec hoc genus
lucis est que pertineat ad oculum mentis, lux ista est eterna sapientia. Fecit
autem deus te o homo ad ymaginem suam. Daret tibi unde videres solem
quem fecit et non daret unde videres eum qui te fecit, cum te ad ymaginem suam
fecerit deus et hoc utrumque dedit tibi. Sed multum hos oculos exteriores diligis
multum illum interiorem negligis. Detritum portas atque sauciatum
penale est si se voluerit ostendere fabricator tuus, pena est oculo tuo
umquam curetur atque sanetur. Nam et in paradyso peccavit Adam et abscondit
se a facie dei. Cum haberet ergo cor sanum pure conscientie gaudebat
ad presentiam dei, postquam peccato oculus est sauciatus cepit lucem for-
midare divinam, refugit in tenebras atque in densa lignorum, veritatem
fugiens umbras appetens. Ergo fratres mei quoniam et nos inde nati sumus
Et sic dicit apostolus: In Adam omnes moriuntur, omnes enim nos duo homines
alii fuimus, si noluimus obtemperare medico ut non egrotaremus
obtemperemus ut ab egritudine liberemur. Dedit nobis precepta medicus
sanis, dedit preceptum medicus ne medico indigeremus. Non opus est
inquit sanis medicus sed egrotantibus. Sani precepta contempsimus
et experimento sensimus in quantam perniciem nostram preceptum est contemp-
simus. Egrotare iam cepimus laboremus in lecto infirmitatis sumus,
sed non desperemus. Quia enim ad medicum venire non potuimus ipse ad nos
dignatus est venire. Non contempsit saucium, contemptus a sano. Non
destitit dare alia precepta languenti qui prima custodire noluit ne
langueret, tamquam diceret: Certe experimento sensisti verum me dixisse
quando dixi: Noli tangere hoc. Sanare ergo tandem et revivisce. Ecce
porto infirmitatem tuam. Bibe amarum calicem, tu enim tibi fecisti precepta
illa mea que sano data sunt tam dulcia tam laboriosa. Contempta
sunt, cepisti laborare, sanari non potes nisi amarum calicem biberis,
calicem temptationum quibus habundat hec vita, calicem tribulationum
angustiarum passionum, bibe inquit bibe ut vivas. Et ne re-
spondeat ei languidus non possum non fero non bibo, prior bibit
medicus sanus ut bibere non dubitaret egrotus. Quid enim amari est
in tali poculo quod hic non bibit. Si contumelia, prior audivit
demones expelleret, demonium habet et eo quod in belzebub eicit de-
monia. Unde ipse cum consolaretur egros ait: Si patremfamilias
belzebub vocaverunt quanto magis domesticos eius. Si dolores
amici sunt, ligatus et flagellatus et crucifixus est. Si mors, amara
est et iam mortuus est. Si enim egrotus mortem exhorrescit infirmitas nostra
in tempore ignominiosissimum genus mortis crucis. Non enim frustra commendans eius obedientiam
apostolus addidit dicens: factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Sed quia ipse
honoraturus erat fideles suos in fine huius seculi prius honoravit crucem in hoc seculo ut

tiarum principes crederetis in eum, prohiberent aliquem nocentium cruci-
figi. Quod cum magna exultatione persecutores Iudei Domino pararunt,
magna fiducia sui etiam reges in fronte nunc portant. Non tanto
appetit nisi qualem mortem pro nobis Dominus subire dignatus est, sicut ait
apostolus, factus pro nobis maledictum. Et cum pendentem Iudeorum cecitas in-
sultaret: Et passus utique descendere de cruce qui si nollet non esset in cruce.
Ex amplius erat de sepulcro surgere quam de cruce descendere. Hec ergo
Dominus faciens divina, patiens humana, admonet nos miraculis corporalibus
et patientia corporali ut credamus et sanemur ad conspicienda invisi-
bilia que carnis oculus nescit. Hec ergo agens curavit cecos istos
de quibus modo euangelium recitatum est. Et intuendo videte quid admoneat
egrotum interiorem. Attendite ipsum factum exitumque et ordinem rerum. Sedebant
in via duo ceci iuxta viam et clamabant ut eorum misereretur.
Turba autem que cum Domino erat compescebat eos ne clamarent. Ne hoc sine
misterio dictum putetis. Illi autem compescentem se turbam perseverantissimo
clamore vincebant ut pervenirent voces eorum ad aures Domini, quasi non
ille ad cogitata pervenisset. Clamaverunt ergo duo ceci ut audirentur
a Domino et a turba reprimi nequiverunt. Transiebat Dominus et illi clamabant.
Stetit Dominus et sanati sunt. Ita stetit Dominus Ihesus et vocavit eos et ait:
Quid vultis ut faciam vobis? At illi dixerunt: Ut aperiantur oculi nostri.
Pro fide ipsorum fecit Dominus, instauravit oculos eorum. Si intelleximus
iam interiorem egrotum, interiorem surdum, interiorem mortuum, ibi queramus
et interiorem cecum. Clausi sunt oculi cordis. Transit Ihesus ut clamemus.
Quid est transit Ihesus? Agit temporalia Ihesus. Quid est transit Ihesus? Agit transitoria
Ihesus. Attendite et videte quanta eius gesta transierunt. Natus est de virgine
Maria; numquid semper nascitur? Infans lactatus est; numquid semper sugit? Per etates
cucurrit usque ad iuventutem; numquid semper corpore crescit? Infantie
pueritia, pueritie adolescentia, adolescentie iuventus transeunti
decedentique successit. Ipsa etiam que fecit miracula transierunt, leguntur
et creduntur. Quia enim talia scripta sunt ut legi possint, transiebant cum
fierent. Postremo ne immoremur, crucifixus est; numquid semper pe-
pendet? Sepultus est, resurrexit, ascendit in celum; iam non moritur,
et mors ei ultra non dominabitur; et divinitas eius permanet et immortalitas
iam corporis eius numquam deficiet. Sed tamen omnia que temporaliter ab eo gesta
sunt transierunt et legenda scripta sunt et credenda predicantur. In illis ergo
omnibus transit Ihesus. Quid sunt duo ceci iuxta viam nisi duo populi ad quos
sanandos venit Ihesus? Ostendamus hos duos populos in scripturis sanctis.
Scriptum est in euangelio: Habeo alias oves que non sunt de hoc ovili, et ipsas
oportet me adducere, ut sit unus grex et unus pastor. Qui sunt ergo duo
populi? Unus Iudeorum et alius gentium. Non sum missus, ait, nisi ad oves que
perierunt domus Israel. Quibus hoc dixit? Discipulis, cum Chananea clamabat,
que se esse etiam canem confessa est ut micas de mensa dominorum mereretur. Et quia

meruit. Iam duo demonstrati sunt ad quos veniebat. Iudaicus scilicet populus de quo
ait Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel, et gentium populus
Cuius typum pretendebat hec mulier quam primo repellebat dicens
Non est bonum panem mittere canibus. Et cui dixit Ita domine. Nam et catelli
edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Audivit O mulier
magna est fides tua fiat tibi sicut vis. Inde enim erat et ille centurio
de quo idem dominus dixit Amen dico vobis Non inveni tantam fidem in israel,
contra ille dixerat Non sum dignus ut intres sub tectum meum sed tantum
dic verbo et sanabitur puer meus. Itaque dominus ante passionem et clarificationem
suam duos iam populos significabat. Unum ad quem veniebat propter pro-
missa prophetarum, et alterum quem propter misericordiam non repellebat, ut impleretur
quod promissum erat abrahe In semine tuo benedicentur omnes gentes terre.
Post passionem iam propter resurrectionem domini et ascensionem ubi contemptus est a iudeis per-
rexit ad gentes. Nec tamen ecclesiis que de iudeis crediderant tacuit.
Eram inquit ignotus facie ecclesiis iudee que sunt in christo, tantum autem
audiebant quia qui aliquando nos persequebatur nunc evangelizat fidem
quam aliquando vastabat. Et in me magnificabant deum. Sicut
angularis lapis dominus christus qui fecit utraque unum. Angulus enim duos
parietes iungit de diverso venientes. Et quid tam diversum quam circumcisio
et preputium, habens unum parietem de iudea, alterum parietem de gentibus,
sed angulari lapidi copulantur. Lapidem enim quem reprobaverunt edifi-
cantes hic factus est in caput anguli. Angulus in edificio non est nisi
ubi duo parietes ex diverso venientes illic conveniunt quasi in pa
unitate iunguntur. Itaque duo parietes sunt typum duo ceci erant cla-
mantes ad dominum. Attendite dilectissimi. Dominus transiebat, ceci cla-
mabant. Quid est transiebat? Transitoria opera faciebat. Sicut iam diximus
sunt hec transitoria opera. Fides nostra edificatur. Credimus enim in filium dei
non tantum quia verbum dei est per quem facta sunt omnia. Si enim semper in forma dei
manens equalis deo non semetipsum exinaniret formam servi
accipiens nec sentirent ceci ut possent clamare. Cum autem operaretur
transitoria i. humiliavit se factus obediens usque ad mortem mortem autem
crucis, clamaverunt duo ceci miserere nostri fili david. Quia et hoc ipsum quod
dominus et creator est filius david esse voluit in tempore hoc egit, transiens hoc fecit.
Quid est autem clamare ad christum nisi gratie christi congruere bonis operibus.
Hoc dico fratres ne forte sonemus strepentes vocibus et muti moribus.
Quis est qui clamat ad christum ut pellatur interior cecitas transeunte
christo i. dispensante nobis temporalia sacramenta quibus ammonemur ad
eterna capienda. Quis est qui clamat ad christum? Qui contempnit mundum clamat
ad christum. Qui spernit seculi voluptates clamat ad christum. Qui dispergit et dat pauperibus
ut iustitia eius maneat in seculum seculi, clamat ad christum. Qui dicit non lingua sed
vita Mundus crucifixus est et ego mundo, clamat ad christum. Qui enim audit

Clamare ad christum.

z no surdq audit Res uras vendite z date paupib; facite uob
sacculos qui no ueterascut thesauru no deficiete i celo/
tm uestigiorz sonitu xpi transeut audies/ Clamet ad hec
cecq i faciet ista vox n i fac sit/ Incipiat mudu gtepnere
incipiat copiosa sua distribue/ p nilo hre q hoies amat
Cotempnat iniurias no appetat vindicari/ parcet max
illa percucienti oret p inimicis/ Si quis ei abstulit sua no re
petat/ Si q alienu abstulit quadruplu reddat/ Cu ista
facere cepit oms sui cognati affines amici commouent/ Qui
diligat sclm contradicat/ q insanis nimiu e/ Nunqd alij n st
xpiani/ Ista stulticia e/ ista dementia e/ et cetera talia turba clat
ne ceci clamet/ turba clamates comprimebat s eorz clamo
res no uincebat/ Intelligat q faciat qui uolunt sanari
Etiam nunc ihc transit qui in xpo uia st clament/ hij st eni q labijs
honorat cor aut eorz longe e a deo/ Ipi st in xpo uia quiq propt
dns obtrivit corde/ Na cu veritate ea que fecit dns transeunda ...
nos exhibere transiens ihc q rursus usqz i fine seculi no desut ceci
sedentes ad uia/ Opus e ergo ut clamet illi in xpo uia sedentes
Turba que cu dno erat compescebat clamorem querentium sani
Fratres uidetis quid dica/ Nescio enim quomodo dicam/ s plus nescio quomodo
tacea/ hoc dico z aperte dico/ Timeo enim ihm transeuntem z mane
tem et ideo tacere no possum/ Bonos xpianos ac studiosos uolentes
facere precepta dei que in evangelio scripta st xpiani mali z tepidi prohi
bent/ Turba ipa que cu dno e prohibet clamantes i. prohibet bene
operantes ne perseuerando sanentur/ Clamet illi ne deficiat
nec ducantur quasi auctoritate turbarum/ Nec eos qui priores xpiani fuerunt
male viventes q bonis opibus inuidentes imitentur/ No dicat
quomodo viuunt isti tam multi sic uiuamus/ Cur no potius quomodo dt
evangelium q venis vivendi s increpacionem turbe prohibent z no sequi
uestigia dni transeuntis/ insultabunt uituperabunt revocabunt
Tu clama quousqz peruenias ad aures ihu/ Nam qui perseuerauerit
i faciendo talia qualia precepit xpc z no attendunt turbas prohi
bentes nec magnipendunt q xpm uidentur sequi i. qui xpiani appel
lantur/ s plus amauerunt lucem qua xpc e redditurus q timuerunt
strepitum prohibentium nullo modo separabuntur z stabit iesus z saluabit eos
Quo enim sanantur oculi nri/ quo per fidem sentimus xpm transeuntem
tpali dispensacione/ sic intelligamus xpm stantem in incommutabili
eternitate/ Ibi enim sanantur oculus qui intellegitur xpi diuinitas/ percipiat hoc
caritas ura attendite q dica grande sacramentum/ Omnia que temporaliter
gesta a dno deo nro ihu xpo inseruit fidem nobis/ Credimus i
filium dei no solum i uerbum p quod facta st omnia/ s propter verbum factum
carnem ut habitaret in nobis/ Nam de uirgine maria z cetera q fides habet/

quae nobis exhibita sunt ut Christo transeunte et temporalibus vestigiis transeuntis au-
dientibus clamaret operibus in professione fidei commorantes
Jam ut clamantes sanet stat Jesus. Et enim iam stare videt
Dominum qui dicit: Et si noveramus Christum secundum carnem sed iam nunc non novimus.
Ipsi enim divinitatem videbant quantum in hac vita potest. Est divinitas Christi
est humanitas Christi. Divinitas stat, humanitas transit. Quid est divinitas
stat? Non mutatur, non concutitur, non recedit. Non enim sic ad nos venit
ut a patre discederet, nec ita ascendit ut loco moveretur. Assumpta car-
ne locum mutavit: Deus autem assumens carnem quia in loco non est,
non mutavit locum. Tangamur a stante Christo et sanentur oculi nostri. Sed
quorum oculi? Clamantium cum transit, id est bene operantium per eam fidem
quae dispensata est temporaliter ad erudiendos nos parvulos. Sa-
natis autem oculis quid pretiosius possumus habere, fratres? Laetantur hic qui vident
quod factum est, quod fulget de caelo, vel quod exprimitur de lucerna.
gaudet. Et quam miseri videntur qui hoc videre non possunt. Ego autem quare
loquor, quare ista dico, nisi ut hortemur omnes vos ad clamandum cum transit
Jesus? Lucem commendo, fratres, interiorem amandam, quam forte non videtis.
Credite dum nondum videtis, et clamate ut videatis. Quanta putatur
infelicitas hominum qui lucem istam corporalem non vident? Si quis excaecatus
est, continuo dicitur: Iratum Deum habuit, aliquid mali commisit. Hoc uxor To-
biae dixit marito. Clamabat ille propter haedum ne de furto esset; illa ver-
bis dominum improbabat insultans. Ubi sunt iustitiae tuae? Caecus iste erat qui furtum
non videbat, et qua luce videbat qui furtum improbabat reddi?
defendebat, et qua luce videbat qui furtum improbabat reddi.
Illa erat foris in luce solis, iste erat intus in luce iustitiae. Quis eorum erat
in luce meliore? Ad hanc lucem fratres amandam hortamur dilectionem vestram
ut clametis operibus cum Dominus transit; sonet vox fidei ut stet Jesus, id est inco-
mmutabilis manens Dei sapientia et maiestas Verbi Dei per quod facta sunt
omnia, aperiat oculos vestros. De Thobias monens filium suum ad hoc
monebat ut clamaret, id est bona opera monebat. Dicebat illi
ut daret pauperibus, praecipiebat ut elemosynas faceret indigentibus,
et docebat dicens: Fili, elemosynae non sinunt ire in tenebras. Consilium per-
cipiendae atque obtinendae lucis caecus dabat. Elemosynae, inquit, non sinunt
ire in tenebras. Si ei filius respondisset miratus: Quid ergo, pater, tu elemosynas non
fecisti, ut modo caecus loquaris? Tu nonne in tenebris es, et tamen mihi dicis:
Elemosynae non sinunt ire in tenebras? Noverat ille de qua luce doceret filium.
Noverat interiorem hominem quo videbat. Filius patri porrigebat manum
ut ambularet in terra, et pater filio ut habitaret in caelo. Breviter ut con-
cludam, fratres, sermonem istum, quod nos plurimum tangit atque angit:
videte esse turbas quae corripiant caecos clamantes. Timeo quod haec
turba sanans multis non vos deterreat, quae multa est in nomine Christiani et
operibus impiis. Non vos deterreat a bonis operibus. Clamate inter turbas
compescentes, revocantes, insultantes, male viventes. Non enim solum vocibus
comprimunt bonos Christianos mali sed et malis operibus. Non vult bonus Christianus
spectare hippodromum, qui refrenat concupiscentiam suam, non pergat ad theatrum

Clamet per christum clamet ut sanetur. Alii concurrunt sed forte pagani
forte iudei. Ymmo non tam pauci currunt in theatris ut erubescendo
discedunt sed quidam a theatris non attendunt. Currunt ergo et illi por-
tantes et Christi nomen ad penam suam. Clama ergo et non cunctando pomes
in corde tuo temporalem concupiscentiam et tenere te in clamore fortiter perseveranti
ad aures salvatoris ut stet Ihesus et curet te. Inter ipsas turbas
clama ne desperes de auribus domini. Non enim et illi ceci ex illa parte
clamaverunt ubi turba non erat ut ex ea parte audirentur ubi non esset
impedimentum perstrepentium. Inter ipsas turbas clamaverunt et tamen dominus
audivit. Sic et vos et inter peccatores et luxuriantes inter amatores
secularium vanitatum ibi clamate ut sanet vos dominus. Nolite per
aliam partem clamare ad dominum. Nolite ad hereticos ire et ibi clamare
ad dominum. Attendite fratres quia in illa turba que clamantes prohibebat
ibi sanati sunt qui clamabant. Nam et hic attendat sanctitas vestra quid sit
perseverare in clamando. Dicam quod multi mecum experti sunt in nomine Christi
non enim cessat ecclesia tales parere. Cum quis christianus ceperit bene vive-
re ferre de bonis operibus mundum contempnere in ipsa novitate operum suorum
patitur reprehensores et contradictores frigidos christianos. Si autem perseve-
raverit et eos superaverit perdurando et non defecerit a bonis operibus
ipsi iam obsequentur qui ante prohibebant. Tamdiu enim corripiunt
et perturbant et vetant quamdiu cedi posse presumunt. Si autem victi
fuerint perseverantia proficientium convertunt se et dicere incipiunt: Magnus
homo sanctus homo felix cui deus concessit. Honorant gratulantur benedicunt laudant
quomodo erat turba que cum domino erat ipsa prohibebat ne ceci clamarent
sed perseverantia illi clamaverunt ut mererentur audiri et impetrare misericordiam domini
ipsa turba iam incipit dicere vocat vos Ihesus. Iam et hortatores fiunt qui paulo
ante corripiebant ut tacerent. Solus autem ille non vocatur a domino qui in hoc seculo
non laborat. Sed quis est iste in vita non laborat in peccatis et iniquitatibus suis
si autem omnes laborant omnibus dictum est Venite ad me omnes qui laboratis.
Si autem omnibus dictum est quare culpa tua tribuimus invitatori tuo. Veni
non tibi sit angusta domus eius palatium ab omnibus totum et a singulis
possidetur. Regnum dei crescente possessorum numero non minuitur quia non dividitur
unicuique integrum est quod concordie. Hic a multis hic tunc mixtis
lectoribus huius cognovimus fratres quod aliis librorum suorum locis aptissime
sonat ecclesiam interim et bonos et malos quasi frumentum et
paleam. Nemo ante tempus deserat aream tolleret paleam in area tolleret in
area quod enim tollet in horreo non habebit. Veniet ventilator qui dividat
malos a bonis. Erit et corporalis separatio quam modo spiritualis precedit. A malis
corde semper disiungimini ad tempus caute corpore copulamini. Verumtamen negligentes
sitis in corrigendis vestris ad curam vestram pertinentibus monendo do-
cendo hortando terrendo quibuscumque modis potestis. Agite ne tamen inveniatis in scripturis

et in exemplis sanctorum sine quibus ante sine quibus post dominum adventum in hac vita
fuit quod mali bonos in unitate maculant efficiamur pigri ad
corripiendos malos. Duobus modis non te maculat malus si non con-
sentias et si redarguas. Hoc est non communicare non consentire. Communicatur
quippe quando facto eius consortium voluntatis vel approbationis adiungitur. Hoc nos
admonet apostolus ait Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum.
Et quia parum erat non consentire si sequeretur negligentia disciplinae, magis autem
inquit et redarguite. Videte quemadmodum utrumque complexus est Nolite
communicare, magis autem redarguite. Quid est nolite communicare? Nolite consen-
tire nolite laudare nolite approbare. Quid est autem magis redarguite?
reprehendite corripite coercete. Deinde in ipsa correptione vel coercitione
alienorum peccatorum cavendum est ne se extollat qui alterum corripit.
Et apostolica illa cogitanda sententia est: Itaque qui se putat stare videat
ne cadat. Foris terribilis personet increpatio, intus lenitatis teneatur
dilectio. Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto sicut idem ait apostolus
vos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu mansuetudinis inten-
dens teipsum ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate et sic adimple-
bitis legem Christi. Item alio loco: Servum autem domini non oportet litigare sed mitem
esse ad omnes docibilem patientem in modestia corripientem diversa sen-
tientes ne forte det illis deus paenitentiam ad agnoscendam veritatem
et resipiscant a diaboli laqueis a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.
Neque ergo consentientes sitis malis ut approbetis, neque negligentes ut non
arguatis, neque superbientes ut insultanter arguatis. Qui autem deserit
unitatem violat caritatem, et quisquis violat caritatem quidquid magnum habeat
ipse nihil est. Si linguis hominum loquatur et angelorum, si sciat omnia sacramenta,
si habeat omnem fidem ut montes transferat, si distribuat omnia sua
pauperibus, si corpus suum tradat ut ardeat, nihil ei prodest. Universa inuti-
liter habet qui unum id quo universis utatur non habet. Amplectamur itaque
caritatem studentes unitatem spiritus in vinculo pacis. Non nos seducant qui carnaliter
intelligunt et carnales separationes facientes ab ecclesia frumenti toto orbe
diffusi spiritali sacrilegio separantur. Per totum enim mundum seminatum est
bonum semen. Bonus ille seminator filius hominis non in Africa sola, verum
sparsit bonum semen. Inimicus autem superseminavit zizania. Sed tunc quid ait
paterfamilias? Sinite utraque crescere usque ad messem. Per quid crescere utraque?
per agrum. Quis est ager? Numquid nam Africa? Non. Quid ergo est? Non me putent
nos. Dominus dicat. Nemo me sinamus ad arbitrio suspicari.
Dixerunt ergo inquit discipuli: Enarra nobis parabolam zizaniorum.
Et enarravit dominus: Semen bonum, inquit, filii regni sunt, zizania
filii mali. Quis ea seminavit? Inimicus autem, inquit, qui ea seminat est
diabolus. Quis est ager? Ager est, inquit, hic mundus. Quae est messis? Messis est
autem finis saeculi. Qui sunt messores? Messores, inquit, angeli sunt. Numquid
Africa est mundus? Numquid messis hoc tempore? Numquid messor Donatus? Per totum
orbem terrarum crescite in messem, per totum orbem terrarum tolerate messem per

totum orbem terrarum zyzania tollate usque ad messem Non vos seducat pu-
se palee nimis leves que volat ante ictum ventilatoris ex area
Non vos seducat temere eos ad istam vel solam similitudinem zyzaniorum
Non illas sinatis loqui amplius Ille codices tradidit Non sed ille codices
tradidit quibus tradidit Nunquam infidelitas traditorum fidem dei
evacuavit Que est fides dei quam promisit abrahe dicens In semine
tuo benedicentur omnes gentes Que est fides dei Sinite utraque crescere
usque ad messem Per quid crescere per agrum Quid est per agrum per mundum hec
illi dicunt Crevit utrumque quid per mundum Sed iam frumenta diminuta
sunt et tantum in africa regionem pauca est reservata Non te permittit
dominus interpretari quod vobis ipse qui exposuit hanc parabolam Claudit os tuum
os sacrilegum os impium os prophanum os ... qui contendis
testatori et tu ad heredem non clausit os tuum dicendo
Sinite utraque crescere usque ad messem Si iam fuit messis credamus esse
frumenta diminuta quoniam nec tunc quidem minuentur sed in horreum
recondentur Sic enim Colligite primum zyzania et alligate fasci-
culos ad comburendum ea frumentum autem recondite in horreum meum Si
ergo usque ad messem crescunt post messem recondentur impleto impie qui
minuuntur Etatem dico in comparatione zyzaniorum simul atque palearum
frumenta esse pauciora tamen utraque crescunt usque ad messem Cum enim
habundat iniquitas refrigescit caritas multorum Crescunt zy-
zania crescat palea Sed quia toto agro decerno post frumentum
qui perseveraverit usque ad finem salvus fiet crescunt utraque usque ad messem
Et si propter habundantiam dominice malorum putas neminem fidelis hominis
inveniet fides tua hoc quod nomine sunt quicumque legis puritatem
imitantur cum in dominice tua est in tua ibi est tu propter habundantiam
bonorum et propter ... dominice Sic erit semen tuum sicut stelle celi et
sicut arena maris Etiam dominus noster ... quia multi ab oriente et
occidente venient et recumbent cum abraham in regno dei Utraque ergo
crescunt usque ad messem et suas sinas in sepibus habent zizania vel
paleas suas et frumenta Que quando intelligunt confundunt et
confunduntur atque ita prosternuntur ... cupiditate ut nolunt ob-
mutescere vel patefacere ... Ecce inquit dicit propheta Recedite et
exite inde et inmundum ne tetigeritis Quando malos pro pace tol-
leramus aliquis exire et recedere iubemur Ne tangamus
Nos istam recessionem spiritualem intelligimus Illi corporalem Nam et ego
clamo cum propheta et qualiacumque sumus ... nobis dei dis-
pensatione ... Clamamus et nos et dicimus vobis Recedite et exite inde
et inmundum ne tetigeritis sed contactu cordis non corporis Quid est enim tangere
inmundum nisi consentire peccatis Quid est autem exire inde nisi facere quod
pertinet ad correptionem malorum quantum pro uniuscuiusque gradu atque
persona salva pace fieri potest Displicuit tibi quod quisquam peccavit non tetigisti
inmundum redarguisti corripuisti monuisti adhibuisti et si

res exigit congrua et que ymmo non noluit disciplina christi de
Attendite in fratribus scribarum ne forte incidentes in eorum peccata, crudo h uerba
intellexerunt sancti Sic utique intelligenda sunt, Exite inde dixit
propheta propter usitatam ipsius uerbo consuetudinem ascendo istam sententiam et precepta ondo
non merito pleriique accusati homines et tum accusati fuerint defendunt se
Cum autem se ille qui accusatur hoc ab illo iniuste quod defendit quod audiuit
dicit exi inde Manes laco exiit inde crudo inde exiit voce
reddita et defensione iustissima, hoc erat quod faciebat si quem excutiebat
puluere de pedibus aduersus eos qui cum pace nunciata non accipiebat
Exiit inde ille speculator cui dictum est Speculatorem posui te domus
israel, Illi cum dicitur Si dixeris iniquo et non se auertit ab iniquitate et anima sua in
iniquitate sua morietur, et tu animam tuam liberabis, hoc si factum exiit inde
qui est in sua iniquitate moriere, et tu animam tuam liberabis, hoc si factum exiit inde
non separacione corporis sed defensione operis sui fecit et iuste quod faciendum fuit
et si ille non obtemperauit cui obtemperandum fuit, hoc est exire inde, Clamauit
moyses clamauit ysaias clamauit Ieremias clamauit ezechiel
videamus si hoc ipsi fecerunt si dimiserunt populum dei et se ad gentes alias
transtulerunt, Quam multa et quam uehementer Ieremias inveperat peccatores
et scelestos populi sui, Inter eos tamen erat viuebat illis templum intrabat
eadem sacramenta celebrabat, in ea hominum sceleratorum congregatione viuebat
sed clamando exiebat inde, hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere
et nolle non consentire, et erat non parcere, Quod dicta de Ieremia de ysaia
de daniele, de ezechiele de ceteris prophetis qui non recesserunt a
populo malo ne desererent bonos illi populo commixtos ubi et ipsi ta-
les esse potuerunt, Moyses ipse fratres cum acciperet legem in monte
populus deorsum ydolum fecit populus dei populus ductus cedentibus fluctibus rubri
maris qui sequentes inimicos obruerat populus tanta miracula et signa
malis qui sequentes inimicos obruerat populus tanta miracula et signa
in egiptiorum plagis ad mortem et in sua protectione ad salutem, tamen ydolum
poposcit ydolum extorsit ydolum fecit ydolum adorauit ydolo sacrificauit
Indicat deus famulo suo factum populi et dicit eos se perditurum a facie sua
Intercedit moyses ad ipsum populum rediturus et habuit occasionem recedendi et
exeundi ab eis sic isti intelligunt ne immundum tangerent ne cum
talibus viueret Non fecit tamen ne forte hoc necessitate potius quam caritate fecisse
uideretur obtulit illi deus alium populum efficiam te inquit in gentem magnam
ut illos deleret At ille non accepit Cohesit peccatoribus orat pro pecca-
toribus, Et quid petit, Magna probacio dilectionis fratres quid petit, Videte
illa deus sepe locuti sumus mirabili quodam caritate, Cum deus mina
retur sacrilego populo pia moysi uiscera tremuerunt opposuit se pro
ipsis iracundie dei Domine inquit si dimittis eis peccatum dimitte, sin autem
dele me de libro tuo, Quam paternis maternis quoque uisceribus quam securus hoc
dixit attendens iusticiam et misericordiam dei ut quia iustus est non perdet iustum
quia misericors ignosceret peccatoribus, Et tamen manifestum est iam prudencie vestre
quo accipienda sint omnia talia testimonia scripturarum ut qui scripta
sciat recedere nos a malis debere non ad intelligendum iubeam, non

ut corde recedamus ne magis malum in separatione bonorum committamus
quam in malorum coniunctione fugiamus sicut ipsi donatiste fecerunt qui si
vere boni malos arguerent ac non potius ipsi mali bonos infamarent
quales libet pro pace tollerarent qui maximianistas receperunt
tam integros quos tamquam perditos antea dampnaverunt. Certe manifeste
dicit propheta Recedite et exite inde et immundum ne tetigeritis. Ergo ut
intelligam quid dixerit attendo quod fecerit facto suo exposuit in dicto
suum. Dixit recedite. Cuius dixit utique iniustis a quibus ut crederent
dixit utique a peccatoribus et iniquis. Quero a talibus utrum ipse recessit.
Invenio quod non recessit ergo aliud intellexit. Namque ipse fecit
quod precepit. Recessit corde obiurgavit atque arguit contine[n]do se
a consensu non tetigit immundum. Obiurgando autem exijt liber in
conspectu dei cui nec sua deus peccata imputat quia non fecit nec aliena quoniam
approbavit nec negligentiam quia non tacuit nec superbiam quia in unitate permansit.
Si ergo fratres mei quotquot habetis inter vos qui adhuc amore seculi
pregravantur avaros periuros adulteros spectatores nugarum consul-
tores mathematicorum phitonicorum augurum auspicum ebriosos
luxuriosos quicquid inter vos malorum esse nostis quantum potestis impro-
bate ut corde recedatis et redarguite ut exeatis inde et no-
lite consentientes immundum ne tangatis. Fer. i [illegible] Mt 22
Reddite que sunt dei deo. Et de militantibus 19

Ne militi fratres quia ut milicie cingulo detinentur a divinis actibus se-
publico constituti cum prestat quod fuit hac solet a peccatis suis
persona se note excusando quod militat et ne bonum aliquid faciat
occupatos se malis actibus coguntur. Proinde quod militia homines non
nos in culpa sit ita quod ipsi gerunt officijs suis ascribunt. Non enim
militare delictum est sed propter predam militare peccatum est. Nec rem publicam
gerere criminosum est sed ideo agere rem publicam ut rem familiarem augeas
potius videtur esse dampnabile. Ideo enim provida quedam militantibus sunt stipen-
dia constituta ne dum sumptus queritur preda grassetur. Illud autem quale est
cum ob errorem aliquem a senioribus arguimur et imputatur alicui de
illis cur ebrius fuit cur res alienas pervasit cetera cur tur-
bulentus admisit. Statim respondeat quid habeam facere homo secularis
et miles numquid monachus sum professus aut clericus quasi omnibus qui clericus non est
et monachus possit ei licere quod non licet. Cunctis enim officijs sacris
legibus prescribitur non peccandi. Omnibus ad bonum vivendum proponitur sexus
etas et dignitas. Igitur nemo se excuset publicis actibus nemo de
occupatione milicie coguntur. Apud omnem namque potestatem hoc status debet
esse milicia. Namque id quod dicimus auctoritate euangelica comprobemus vi-
deamus lectionem que paulo ante decursa est. Dicit enim Euangelium. Venit autem
et publicani ad Iohannem ut ab eo baptizarentur. Et dixerunt ad eum
Magister quid faciemus. At ille dixit eis nichil amplius exigatis quam quod constitutum est vobis
hec ista plane publicanorum interrogatio de sancti prophete instructio. Illi ei
sollicite rogabant ne ad ignorantes plus exigat et ipse in peccatum incidat
ad cessantes publicum decipiat preceptorem. Nam mandate principis ut fugatas

Sacre scripture omnibus dat formam vivendi.

Locum non habeat et constitutum habeat vectigal exactum. Non enim dixit non exigatis sed nichil amplius exigatis. Unde intelligimus quod apud deum non tamen exactio quam exactio iniqua dampnetur. Dicit enim ipse dominus Reddite que sunt dei deo et que cesaris cesari. Igitur quod cesar perceperit fenus est, quod imperator indicit tollendum est. Sed sit intollerabile dum id prede exactoribus accumulat.

Hoc equale est quod ideo ipsi qui huiusmodi vectigalibus pervarati (?) precibus suis pecata confirmat hec etiam fraudes suas ac rapinas quomodo vocat turpia prede inferna incomodis. Illud autem addunt scelibus suis ut quos inde cessos vident ipsos potius persequantur et putent se vectigales publicas decepisse non domos decepisse orphanorum preda quorum prius an biduum forsitan fuit amicus collega vel forte medici cum te morte eius liberi habeantur tamquam ignoti vilescent missi. Vidua autem si qua fuit que sit iniuriis exagitatur ut videbat que si voluit in castitatis permanere proposito dando munera in facultate vix permaneat.

Cum hiis ergo fraudibus repleverint sacculos suos videatis illos letos et accuratos ad ecclesiam properare et deo gratias agere quod ab ipso illis hec pecunia conserventur id est quod peractes rapinarum suarum voluit dum esse participem. Dicit enim sanctum evangelium. Interrogabant et milites dicentes Quid faciemus et nos. Ait illis Iohannes Neminem concuciatis neque calumpniam faciatis sed estote contenti stipendiis vestris. Hic iam cognoscere se debent omnes homines qui militant. Non enim tantum de hiis militantibus scriptura loquitur qui armata militia detinentur sed quisque militie sue cingulo utitur dignitatis sue miles asscribitur. Atque ideo hec sententia potest dici de vestra militibus prefectoribus auctoribus (?) quicumque stipendia que publice decreta gerunt si amplius querunt tamquam calumpniator et concussor Iohannis sententia condempnatur. Verumtamen a deo auctore hoc inolevit malum ut iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis sit et nulla iam causa possit esse sine causa (?). Hoc autem dicta sententia que ad milites loquitur potest et ad clericos torqueri quia etsi non militiam videantur solo tamen deo et domino militamus sicut ait apostolus Nemo militans deo obliget se negociis secularibus. Videmus itaque nos militare remissis ac fluctibus tunc sed habemus militie nostre cingulum quo castimonie interiora constringimus. De quo cingulo dominus ait ad lumbos (?) castimonie: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris dixit discipulis suis. Sunt enim milites in stipendium ab ipso domino quod percipimus. Sic debent milites et sumus debet et stipendium ab ipso domino quod percipimus. Sic dicentibus apostolus Cum a deo nobis pigneris spiritum, hoc est qui spiritus sancti nobis remuneratione dicavit. Si quis ergo vandorum hoc donatio contempto et contentus non fuerit et quid amplius incipit hoc ipso cavere quod iniuit. Quod spiritualis gerit hereticis arrianis Cum enim nescio qui amplius querunt incidentes errores spiritum gratiam sancti spiritus perdiderunt. Nam et catholice clerici hac sententia retinentur.

Si enim non contentus stipendiis fuerit que de altario domino iubente gerere sed exercet matrimonia intercessiones vendit viduarum munera libenter amplectitur hic negotiator magis potest videri quam clericus. Non dicere possumus nemo nos invasores arguit violentie minus autem quia non intendum maiore preda undique blandimenta eliciat quam tormenta. Non intercapiat dominus. Verum

Neminem concuciatis

Neminem calumpniam faciatis

Estote contenti stipendiis

Concussor

Clericus debet esse contentus stipendiis altaris

Art. 28.

tumultuose quis res alienas occupet dummodo quoquo pacto teneat
alienum etc. Dicit Cristus in ewangelio secundum Matheum ubi ait Ve pregnantibus et nutrientibus. 20.
Scitis et intelligitis dilectissimi fratres karissimi quia nemo dum in hoc corpore vi-
vet tribulationes debere non pati. Sicut enim nos sicut audistis
contestatur apostolus dicens: Omnes qui volunt pie vivere in Christo persecutionem
patiuntur. Et iterum: Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum
dei. Veniunt enim dies tribulationum et malorum tribulationum, venient enim dies
sicut dicit scriptura. Et quantum accedunt dies augentur tribulationes. Nemo ergo
promittat quod ewangelium non promittit. Quando enim appropinquante fine mundi
sicut dicit in ewangelio, habundavit iniquitas refrigescet caritas. Sic propter
crebras iniquitates nunquam deerit adversitas. Apostolus enim ut animum nostrum non
solum ad penitentiam sed et ad patientiam prepararemus: Fratres mei obsecro vos
attendite scripturas sanctas si aliquid fefellerunt, si aliquid dixerunt et aliud accidit
quam dixerunt. Necesse erit usque in finem sic fiat quemadmodum dixerunt.
Non nos promittunt scripture nisi in hoc seculo in tribulationes pressuras angusti-
as angustias dolorum habundantiam temptationum. Sicut et ipse dominus
in ewangelio dicit: In mundo pressuram habebitis. Et iterum: Mundus gaudebit
vos autem tristes eritis sed tristicia vestra convertetur in gaudium. Ad ista precipue
nos paremus ne in pati deficiamus. Incipis enim tribulationibus
cum ewangelium legeretur audistis: Ve pregnantibus et nutrientibus. Pregnantes sunt
qui in spe intumescunt. Nutrientes autem id est lactantes qui iam adepti
sunt quod concupierant. Etenim mulier pregnans in spe tumet filii
nondum videt filium, que autem iam lactat amplectitur quod sperabat. Preg-
nans est qui res alienas concupiscit. Nutriens est qui iam rapuit
quod concupierat. Et ut hec apercius et simplicioribus intelligere possint aliqua
similitudine proponamus. Concupiscit aliquis villam alienam et dicit:
Bona est ista villa vicini mei. O si mea esset. O si adiungere illam
et facerem de isto fundo unum. De eius vicinitate amat et avaricia unitatem
quod amat bonum est sed ubi amandum sit nescit. Forte dives est
vicinus eius qui habet villam bonam et suspirat quia villam non possit tollere
quia potens homo est et non prevalet se contra illum defendere. Nec concupiscit nec
impugnare valet. Sperans non concipit, non est pregnans adhuc. Si vero iste
autem vicinus sit pauper qui vel in necessitate positus est ut possit vendere
vel potest opprimi ut cogatur vendere. Mittit oculos, sperat tollere posse
ad villam ad coloniam vicini pauperis. Et immittit illi aliquas tri-
bulationes ubi gratia agit severius aput eos qui preesunt ut illum exac-
tores ad afflictum ad in aliquo publica amministratione constringat. Ex
quibus constrictus debitis multis necesse habeat infelix vendere casellam
unde ad ipse ad filios suos sustentabatur. Necessitate ergo compulsus venit ad in-
piorum nequicia premitur et affligitur et nesciens quod ipsius immissione hec
patitur. Da michi domine rogo pauculos solidos pacior necessitatem urgeor
a creditoribus. Et ille: Non habeo modo in manibus. Dicit se in manibus non habere
ut ille oppressus calumpnia necesse habeat vendere. Denique cui dixit
quod pro nimia afflictione sua compellatur distrahere. Statim ille videt.
Et si non habeo pecuniam preparatam, unicuique studeo mutuare ut tibi comodo

Tribulacionibus
pati oportet
necesse est
in mundo

subueniam, et si tu id est et argentulum meum distractione tua iniuriam patiar.
Cum beneficium petebat professus est penitus non habere, et ubi dixit quod
possessionem suam venderet, quam amico subueniendo se dixit, et cum eum ad
hanc necessitatem adduxit ut illi venditionem facere debeat, et
casellam pro qua prius verbi gratia forte centum solidos offerebat, ut eam op-
primi videretur, nec medietatem pretii dare adquiescit. Istis enim talibus
sicut iam supra dictum est cruenta proclamat: Ve pregnantibus et nutrientibus.
Istis enim vae erit in die iudicii, et ab auditu malo non poterunt liberari
quando auditum fuerit: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui preparatus est
diabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis mihi manducare, sitivi
et non dedistis mihi bibere. Hoc loco diligenter attendat caritas vestra:
Si in ignem mittitur qui non dedit res proprias, putas ubi mittendus est
qui invasit aliena? Si cum diabolo ardet qui nudum non vestivit,
putas ubi arsurus est qui expoliavit? Et ideo quotiescumque vobis
evangelica lectio recitata fuerit, in qua dicitur: Ve pregnantibus et nutrientibus,
non hoc de mulieribus legitimos viros habentibus credite. Quare enim male
fecit mulier que de proprio marito concepit, aut quare illi in die iudicii erit
male, quia hoc fecit quod deus iussit? Non ergo de mulieribus que iuste conci-
piunt et pariunt hoc credendum est, sed de illis quos supra diximus qui iniuste
concupiscendo res alienas impugnari esse videntur. De quibus scriptum
legimus: Concepit dolorem et peperit iniquitatem. Omnis enim concipit,
nec ullus potest esse sine conceptu; sed alii concipiunt de Christo, alii de diabolo.
Sic enim de illis qui a diabolo concipiunt dicitur: Concepit dolorem et peperit
iniquitatem. Item de illis qui a spiritu sancto conceperunt scriptum est: A timore tuo
domine concepimus et peperimus spiritum salutis tue. Hec at que diximus
fratres karissimi qui diligenter attendit et se dicta mala conspexit fuisse in se, aut
forsitan adhuc esse cognoscit, cito se corrigat. Non enim nocent se
mala preterita si non placent; adhuc enim est penitendi et corrigendi
locus. Nondum facta est illa discretio aliorum ad sinistram, aliorum ad
dexteram. Nondum apud inferos sumus, ubi est dives ille, qui etiam gut-
tulam desiderabat. Audiamus dum vivimus, corrigamur et non concu-
piscamus res alienas, et impugnari timeamus, nec velimus pervenire
ad illas et eas adipiscendo tamquam filios osculemur. Qui enim concupiscit
res alienas, sicut iam dictum est, animam suam quasi concepisse videtur. Quando quod
concupiscit per aliquam calliditatem aut negotiationem potuerit obtinere, quasi na-
tum filium osculari ac nutrire cognoscitur. Non ergo sic amemus ista
terrena fratres ut perdamus celestia. Mutandum est cor, levandum est cor.
Non hic habitemus iam corde; mala regio est amor mundi. Sufficiat
quod hic adhuc in carne esse videmur. Audiamus apostolum dicentem: Si con-
surrexistis cum Christo que sursum sunt sapite, que sursum sunt querite, non que super
terram. Non apparet quod vobis promissum est; clamat enim patiens, sed non venit. Concu-
piscendo impugnat vitam; hinc impugnare, concupisce vitam eternam,
ad quam vitam te invitat deus; ipse sit spes tua, ipse erit preceptor tuus.
Non enim abortivum non temporaliter amplecteris quod peperis, sed eternum possidebis.
Quod enim promissum est sine dubio dabitur, sed adhuc res est non dabimus.

s3 dabi(tur) postea videte etiā quāta dicta sūt fr(atr)es quibus illa ut maiore p(re)-
ualet. De omnibus enī rebus que nobis i(n) scripturis diuinis p(ro)missa sūt
vna tantūmodo remansit. Neq(ue) enī qui nobis i(n) tantis rebus v(er)um dixit
i(n) vno nō fallit. Scriptū e(st) de eccl(es)ia q(uia) erit et uenit q(uia) e(st). Scriptū e(st) de
ydolis q(uia) nō erūt et uenit q(uia) nō sūt. Scriptū e(st) q(uia) p(er)ditum erat iudeo-
rum regnum et uenit. Scriptū e(st) de hereticis q(uia) futuri erant et uiden(tur). Scriptū e(st) de
die iudicij. Scriptū e(st) de p(re)mijs bonorum et de pena malorum. Nec
se c(on)tineat fr(atr)es carissimi omnia uenerunt q(ue) p(ro)missa sūt. Sic et dies
iudicij et malorum pena et iustorum p(re)mia sine ulla dubitatione
ventura sūt. Et ideo vnusquisq(ue) nostrum dum licet et cū dei adiutorio i(n)
p(ro)prietate mea consistit et p(er)seuerantiam et q(uo)d bonū e(st) exerc(er)e contendat
ut cū ille dies terribilis et metuend(us) aduenerit nō cū impijs et pec-
catoribus p(er)henni incendio c(on)cremem(ur) s3 cū iustis et d(eu)m timen(tibus)
p(er)uenire ad eternū p(re)miū merea(m)ur. Rogemus xpm d(omi)n(u)m et c(etera).
Item eximio s(ermo). De die aut(em) illa et hora nemo scit neq(ue) angli celo(rum) • Ap(er)t. 2X. 21

Fr(atr)es quod audistis monente scriptura atq(ue) dicente ut p(ro)pter diem
nouissimum uigilemus et vnusquisq(ue) de nouissimo suo die
cogitet. Ne forte cū senseritis et putaueritis longe esse
nouissimū s(cilicet) illū diem dormietis ad nouissimū uestrum diem. De die no-
uissimo h(uius) s(e)c(u)li audistis quid dixit q(uia) nesciunt eum neq(ue) angli
celorum neq(ue) filius nisi pater. Vbi quidem magna q(uesti)o e(st) ne carnaliter sapientes
putemus aliq(ui)d p(at)rem scire quod nesciat filius. Nam utiq(ue) cū dixit
pater utiq(ue) scit. ideo hoc dixit q(uia) pater et filius scit. Vnus enī est i(n) die
quod nō i(n)uenio sicut cognosce que futurus e(st) dies. Nemo magis quarat no-
uissimum diem qui futurus sit. s3 uigilemus omnes bene uiuendo ne
nouissima dies cuiusq(ue) nostrum nos inueniat imparatos et
qualis quisq(ue) hinc exierit suo nouissimo die tales inueniat(ur) i(n) no-
uissimo s(e)c(u)li die. Nichil te adiuuabit q(uo)d hic feceris. Vnumquemq(ue)
opera sua iuuabunt aut opera sua p(re)ssura sūt. Et quomodo i(n) psalmo cantamus
dicendo. Miserere mei d(omi)ne q(uonia)m conculcauit me homo. homo dicitur qui s(ecundu)m
hominem viuit. Denique illis qui s(ecundu)m d(eu)m viuunt dicitur dij estis et filij
excelsi omnes. Reprobis aut(em) qui uocati sūt ut essent filij dei et
esse potius homines uoluerunt i(d est) s(ecundu)m hominem viuere. Vos aut(em) m(ortales) sicut
homines moriemini et sicut vnus ex principibus cadetis. Etenim q(uia)
mortalis e(st) homo ad disciplina(m) illi d(ebet) ualere nō ad iactancia(m).
Vnde se iactat v(er)mis crastino moriturus. Dico tam(en) u(est)re fr(atr)es de
dyabolo. Dum erubescant mortales superbi. Ille enim et si superbus tam(en) in-
mortalis sp(iritu)s e(st). Et si malignus illi dies nouissimus pena(m) t(ame)n sua(m)
i(n) fine. tam(en) morte qua nos patim(ur) ipse nō patit(ur). Audi(un)t aut(em) ho-
(m)i(ne)s morte moriemini. vtant(ur) ergo pena sua. Hoc e(st) q(uo)d dixi. vtant(ur) ergo pe-
na sua. Nō inde cadat ad superbiā suā vnde accepit penā. agnoscat
se mortale(m) et frangat elacionem. Audiat (quo)d dici(tur) Quid superbis terra et
cinis. Etiā si superbit dyabolus nō e(st) terra et cinis. id(eo) dicitur. Vos aut(em)
ut homines moriemini et sicut vnus de principibus cadetis. Nō attenditis
q(uia) mortales estis et sicut dyabolus superbi estis. vtant(ur) ergo homo pena sua fr(atr)es.

Scriptum p(ro)missa s(un)t v(er)a

Mortis certa

Permutatur malo suo ut perficiat bonum suum, et unus nescit quia pena certa
est ut moriatur et quod tractamus quamuis nesciamus, pena certa hora incerta.
Et de ista pena sola certi sumus in rebus humanis. Certa mala bona et
mala incerta sunt, sola mors certa est. Quid ergo dico? Conceptus puer
forte nascitur, forte abortum facit. Ita incertum est: forte crescit, forte
non crescit, forte senescit, forte non senescit, forte diues erit,
forte pauper, forte honoratus, forte humiliatus, forte habebit filios,
forte non habebit, forte ducet uxorem, forte non ducet, et quecumque alia
nominaueris in bonis respice et ad mala: forte egrotat, forte
non egrotat, forte a serpente perimitur, forte non perimitur, forte a bestia
deuoratur, forte non deuoratur. Et respice omnia mala: ubique est
forte erit, forte non erit. Numquid potes dicere: forte non morietur, forte morietur?
Quando medici qui inspexerint ualitudinem et mortiferam esse cognouerint,
hoc pronuntiant: morietur, inde non euadet. Ex quo nascitur homo, dicendum est:
non euadet. Cum natus est, egrotare cepit; quando mortuus fuerit, finit quidem
egritudinem, sed nescit utrum pergat in peiorem. Finierat diues ille
egritudinem deliciosam, uenit ad tortuosam; pauper uero ille finiuit egritudinem
et peruenit ad sanitatem. Sed quod postea habet, hic elegit, et quod
messuit, hic seminauit. Ideo cum uiuimus uigilare debemus et eligere debemus
quod in futuro teneamus. Mundum non amemus: perimit amatores suos, non
eos ad bonum adducit. Laborandum est ideo potius ne capiat quam
timendum ne cadat. Ecce cadit mundus, stat Christus... Gaudeamus quia
... Namque dicit dominus: Gaudete quia ego uici mundum. Gaudeamus quia
sic placet. Gaude sed tu. Si tu uicisti, tu gaude. Quare nos? Quia
nobis dicit: Gaudete, nisi quia nobis uicit, nobis pugnauit. Ubi enim pugnauit?
Quia hominem suscepit. Tolle quod de uirgine natus est, tolle quod semetipsum
exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu
inuentus ut homo; tolle hoc, ubi lucta, ubi certamen, ubi temptatio,
ubi uictoria quam non precessit pugna? In principio erat uerbum, et uerbum erat
apud deum, et deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum
facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Numquid hoc uerbum iudeus crucifigeret?
Numquid hoc uerbo impius insultaret? Numquid hoc uerbum colaphis cederetur?
Numquid hoc uerbum spinis coronaretur? Ut autem ista pateretur, uerbum caro factum
est: ista passus resurgendo uicit. Ergo nobis uicit, quibus et resurrectionem
ostendit. Dicis ergo deo: Miserere mei domine, quia conculcauit me homo.
Tu noli conculcare, et non te uincit homo. Ecce cum homo potens
terret te, unde terret? Spolia, dampno, tergo, occido. Et clamas tu:
Miserere mei domine, quia conculcauit me homo. Tu noli conculcare,
et non te uincit homo. Si enim dicis tecum ipsum, attendis quia terres, minaris
hominis mortuus te conculcat, et quia non times, non conculcat te homo, conculcat
te homo. Quod si inuenimus... homo habere debeo aliquod finis, ideo illi adhereo
in corpore. Primo ipsum in morte... tua ipse est. Dic illi: Intende quod uis mihi
et contumacibus hominum... et quod postea, crastinus ipse dominus dicit: In deo
sperabo, non timebo quid faciat mihi homo. Explicit sermo de x. uirginibus.

22.

Inter parabolas a domino dictas solet querentes multum movere ista
que de decem virginibus posita est. Et multi quidem hinc multa
senserunt que non sunt preter fidem. Sed quomodo partibus eius omnibus conveniat
exposicio id elaborandum est. Legi etiam in quadam scriptura eorum qui se
[illegible] nominant quod non sit contra catholicam fidem, sed huic loco minus
congruere visa est considerantibus omnes huius similitudinis partes de qua tamen
expositione mea non audeo iudicare ne forte non congruentiam
in angustia fecit sed mea tarditas eam congruentiam non invenit.
Michi autem videtur non absurde de hoc loco accipi quantum potero breviter
et diligenter exponam. Interrogatus dominus noster Ihesus [illegible] dixit de consu-
mmatione seculi multa que locutus est hoc ergo dicitur: Tunc simile estimabitur
regnum celorum decem virginibus que acceperunt lampades suas et
venerunt obviam sponso. Quinque ex eis erant fatue et quinque pru-
dentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus suis non sumpserunt
oleum secum, prudentes autem acceperunt oleum secum in vasis cum lampadibus
suis. Tardante autem sponso dormierunt omnes. Media autem nocte clamor
factus est: Ecce sponsus venit, surgite obviam ei. Tunc surrexerunt
omnes ille virgines et aptaverunt lampades suas. Et dixerunt stulte
ad sapientes: Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur.
Responderunt autem sapientes et dixerunt: Ne forte non sufficiat nobis
et vobis, ite potius ad vendentes et emite vobis. Et dum irent emere venit
sponsus, et que parate erant intraverunt ad nuptias cum eo et clausa est
ianua. Novissime autem veniunt et relique virgines dicentes: Domine domine
aperi nobis. At ille respondens dixit: Amen dico vobis quia nescio vos. Vi-
gilate ergo quia nescitis diem neque horam. Decem virgines quarum quinque
admittuntur, quinque excluduntur, bonorum et malorum discretionem sit.
Quapropter cum virginum nomen honorabile est, cur recepte et excluse? quero
que est. Deinde quid sibi vult numerus in utraque parte equalis? Quid autem sit
oleum? Mirum videtur quod sapientes petentibus non communicant, cum invidas
fas non sit eas que ita perfecte sunt ut a sponso recipiantur.
Quo nomine non dubitatione dominus Ihesus Christus signatur, et [illegible]
esse competat ad precandum ex eo quod huic prescribere in sententia ego
dum dixit: Omni petenti te tribue. Michi autem quod possit dando
non sufficere illis sed hinc maiorem augere questionis difficultatem, que quinque et
certa diligenter considerata ut omnia in una ratione conveniant
nec quod in una parte dicta quod impediat aliam. Magna cautio est
adhibenda. Videntur itaque mihi quinque virgines sive quinque partita
continentia a carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus a
voluptate oculorum, a voluptate aurium, a voluptate olfaciendi
gustandi tangendi. Sed quia ista continentia coram deo partim fit ut
illi placeatur in interiore gaudio conscientie, partim coram hominibus tantum ut gloriam
humanam capiant, quinque dicuntur sapientes et quinque stulte. Utreque tamen virgines

mergat

qz utiqz cōtinen ē, q̄muis diūso fomite gaudeat, Lampades aūt
st qz manib; portanr opa quē ẜ ista cōtinētia fiūt, Dim eāt
Luceat opa ūra corā hoib;, Om̄s n̄o accepūt lampades
suas ⁊ uenīūt obuiā sposo. Intellig'e eñ ē ḡo ṽb nōie censet
de quīq agi'. Nō eñ puit qui ṽam nō st ꝯ sposo ṽeire obuia
Sz quīqz fatue acceptꝭ lampadib; suis nō sūpsūt oleū sec.
Multi eñ q̄mūis de x̄pō bonitē plurīm ſpeut, gaudiū tamē
hnt dū cōtinēt vivunt ṽi i laudib; hoīm, Nō ḡo hnt oleū sec
Nā ipām letitiā oleū sīe arbitror, p̄ uīgtē ṽunxit te deus
deus tuus oleo letīe, Qui aūt nō p̄ gaudet qz dō intīus plac
nō ht oleū secū, prudētes aūt accepūt oleū secū i uasis cū
lampadib; suis, letitiā bonorꝫ opm i corde atqz cōsītia
posuūt, Sicꝫ aplꝯ monet, pbet se hō m̄gr̄ ⁊ tūc i semetipo
gl̃am hēb; ⁊ nō i alto, Tardāte aūt sposo dormierūt om̄s
qz eꝯ utroꝫ, q̄ue cōtinētiā hoīm siue corꝫ qui corā dō ex-
ultat siue corꝫ qui i laudib; hoīm acquiescūt, Moriūt
h intūallo tpis dōc sub aduētu dm̄ fiat ṽv mortuorꝫ Media
aūt nocte i nullo senciēte ꝯ sperante, Quippe cū ipe dicat
dnūs De die aūt i ⁊ hōa nemo scit, Et aplꝯ dt, Dies dm̄ sic
fur ita in nocte ueniet, Ex quo scriptum late cōuenit,
Clamor fcus ē ecce sposꝰ ueit, surgite obuiā ei. In ictu ocli
i nouissima tuba aūts resurgemꝰ, Ergo surrexerūt oēs ī ē
uirgīes ⁊ aptauēt lāpades suas i. vob' reddēdas opm suorꝫ
Oportet eñ nos exhiberi ante tribunal x̄pi ut illic recipiat vnt
vnqquisqz quod gessit i corpe siue bonū siue malū, ⁊ dixe
stulte ad sapūtes Date nob' de oleo ūro qz lāpades nr̄e
extinguūr, Quorꝫ eñ sc̄a aliena aliud effitiūr, eadē
subtīta deficiūt, Et de cōsuetudīe id ſꝑ inquirit vn gaude
aīmꝰ solet, Itaqz hoīm qui corda nō uidet testiōm uolūt
hre apd dnm qui cordib; inspector ē, Sz qs rndunt sapūtes
Ne forte nō suffiat nob', vnqquisqz eñ p se rōnē reddet
nec alieo testio. quisqm adiuuat apud dnm, cui certa cor
dis appent ⁊ uix ē quisqz sfft ut ei testiōm phicat gstia
sua, Unde eñ gl'abat uindū se hre cor unde ē q apd dt m
minm ē ut a uob iudicer a vl ab hūano die ꝑ nec ipm
iudico, Quapp̄ cū de se quib; q a dno oio aut uix possit
ṽam pfr̄e sn̄iam quo pt de alio indicadū sciat nec qs
agit i ꝑōe n̄ spc hoīs. Ite magꝭ ad uēdētes ⁊ emite uob'.
Nō cōsiliū dedisse putādē st ꝫ oīne eaꝫ ex oblīq cōmēo-
rasse, Vendūt eñ oleū adulatores q siue fc̄a siue indigna
laudādo i errores aīas mittūt ⁊ eis vana gaudia tanqm

fatuis conciliando aliqua eis in mercede sive ciborum sive pecunie sive
honorum sive alicuius commoditatis temporis acceperint, non intelligentibus quod
dictum est: Qui nos felices dicunt in errorem nos mittunt. Melius est
obiurgari a iusto quam a peccatore laudari. Emendabit me iustus
in misericordia et arguet me; oleum autem peccatoris non impinguet
caput meum. Ite ergo ad vendentes et emite vobis, id est videamus ut
quid nos adiuvat qui nobis laudes vendere consueverunt et nos in
errorem inducere ut non coram deo sed coram hominibus gloriam quereretis.
Euntibus autem illis emere venit sponsus, id est inclinantibus se illis ad ea que
foris sunt et solitis gaudere quesitis cum gaudia eterna non noverant
venit ille qui iudicat et que parate erant, id est quarum bonum coram deo
testimonium conscientia perhibebat, intraverunt cum eo ad nuptias, id est ubi
munda anima sempiterno dei verbo fecunda copulatur. Clausa
est ianua, id est recepti illis qui sunt in eterna vita immutati. Omnes
enim resurgemus inquit sed non omnes immutabimur. Clausa aditus est
ad regnum celorum. Non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus.
Novissime autem venerunt relique virgines dicentes: Domine domine aperi nobis.
Non dictum est quod emerint oleum et ideo intelligendum est nullo eis iam
de alienis laudibus et magnis afflictionibus remanere ad implo-
rationem dei. Sed magna est sequitur eos post iudicium cum iam iudicium
ineffabilis misericordia prerogata est. Atque respondens ait: Amen dico vobis
nescio vos. Ex illa scilicet regula que non habet ars dei, hoc est sapientia dei,
ut intrent in gaudium eius qui non coram deo sed ut placerent hominibus
visi sunt ad eius precepta aliquid operari. Atque ita concludit: Vigilate
itaque quia nescitis diem neque horam. Non modo illius ultimi temporis quo venturus
est sponsus sed sue quisque dormitionis diem et horam nescit. Quisque
autem paratus est usque ad somnum, id est usque ad mortem que omnibus debetur
paratus inveniet. Et tunc illa vox in media nocte sonuit quam omnes cum
vigilati sumus. Quod vero sponso dicitur obviam venire virgines
sit intelligendum puto ut ex ipsis virginibus constet ea que dicitur mater.
Non enim desponsata desponsata est ecclesia tamquam virgo est ad nuptias
perducenda, id est cum se contineat a corruptione seculari. Illa autem
tempore nubat quo universa mortalitate percurrente immortali quietudine
fruetur. Desponsavi inquit vos uni viro virginem castam exhibere
Christo. Vos inquit virginem apostolus ad singulos est concludens, et ideo
virgines dicit plures et virgo. Cur autem quinque ut minimum expositum est.
Sed videmus nunc in enigmate tunc autem facie ad faciem. Et nunc
ex parte tunc autem ex toto. Ipsum autem in enigmate et ex parte in ipsius temporibus
ad eum quod tamen in catholica fide ex toto pergunt et contingit quamquam
virgo etiam humili adventu sponsi sui qui ultimo adventu cum venerit in

dam te nupta est cum iam facie ad faciem contuebimur. Datur enim nobis pignus spiritus sicut apostolus dicit. Ex hoc ista expositio nichil est tamen intuendum nisi ut hic fides sit vel aliis perdicat que nullius sine fide esse potuerint.

Item in ewangelio de eisdem virginibus. 23

Hesterno die qui affuistis promissionem meam tenetis quod hodie non solum vobis sed pluribus etiam qui convenerint domino adiuvante reddenda est, que sint decem virgines quarum sunt quinque prudentes et quinque stulte. Non facile indagari potest, secundum textum sancta que continet ipsa lectio quam vobis hesterno die insinuavi; et hodie nolumus veritatem quidem in dubium mittere, utrum digna non videtur ista parabola vel similitudo ad eas solum virgines pertinere que sola et excellentiore dignitate virgines in ecclesia nominantur, quas et usitatiore vocabulo sanctimoniales appellare consuevimus. Sed nisi fallor hec similitudo ad universam ecclesiam pertinet. Quinque ergo si illas solas intelligerimus que sanctimoniales vocantur, numquid decem sunt? Absit ut tanta virginum multitudo ad tam exiguum numerum redigatur. Forte autem dicat aliquis: cum multe sint nomine et tam pauce sint in veritate ut numero determinantur. Non enim ita: si solas decem intelligi vellet, non ibi diceret quinque fatuas. Si enim multe sunt virgines bone que notantur, quare tantum quinque hostia domus magne clauduntur? Intelligamus ergo fratres karissimi ad omnes nos id est ad universam ecclesiam etiam parabolam pertinere. Non ad solos prepositos de quibus hesterno die locuti sumus, nec ad solas plebes, sed prorsus ad omnes. Quare ergo quinque et quinque? Iste quinque et quinque virgines omnes anime sunt christianorum. Sed ut dicamus quod deo inspirante sentimus, non qualescumque anime sed tales nobis que habent catholicam fidem et habere videntur bona opera in ecclesia dei; que habent catholicam fidem et quinque sunt prudentes et quinque fatue. Quare ergo appellate et tamen ex ipsis quinque sunt prudentes et quinque fatue; quare ergo quinque et quare virgines, prius videamus et deinde cetera consideremus. Omnis anima in corpore ideo quinario numero censetur quia quinque sensibus utitur. Nichil est enim quod sentimus ex corpore nisi quinquepartita ianua: aut videndo aut audiendo aut odorando aut gustando aut tangendo. Qui ergo se abstinet ab illicito visu, abstinet ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustu, ab illicito tactu, propter ipsam integritatem virginis nomen accepit. Sed si bonum est abstinere ab illicitis sentiendi motibus, et unaquaque anima christiana virginis nomen habet, quare quinque admittuntur et quinque repelluntur? Propterea quia virgines sunt et lampades habent. Virgines sunt propter abstinentiam ab illicitis sensibus, lampades habentes propter opera bona. De quibus operibus dominus dicit: Luceant opera vestra coram hominibus ut videant bona facta vestra et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et discipulis dicit: Sint lumbi

vestri praecincti et lucernae ardentes. In lumbis praecinctis virginitas, in lucernis ardentibus opera bona. Non solet dici virginitas utique in coniugatis, tamen ibi est fidei virginitas que exhibet pudicitiam coniugalem. Nam ut noverit sanctitas vestra non importune secundum animam et secundum integritatem fidei qua fit a fide ab illicitis abstinentia et bona opera fiunt, unamquamque ecclesiam unam virginem dictam, ecclesiam que constat ex virginibus et pueris et maritatis feminis et uxoratis viris uno nomine virgo est appellata. Unde hoc probamus? Apostolum audi dicentem, non solis sanctimonialibus sed universe prorsus ecclesie: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et quia huius virginitatis corruptor diabolus cavendus est, cum ipse apostolus dixisset: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, adiunxit et ait: Timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit in astutia sua, sic et vestri sensus corrumpantur a castitate que est in Christo. In corpore virginitatem pauce habent, in corde omnes habere debent. Si ergo ab illicitis abstinentia bona est, unde virginitas nomen accepit, et si opera bona laudabilia sunt que significantur lampadibus, quare quinque admittuntur et quinque repelluntur? Si virgo est et lampades fert et tamen non admittitur, ubi se videt que nec virgo est ab illicitis se non temperat, nec bona opera volens habere in tenebris ambulat? De istis ergo, fratres mei, de istis potius disputemus. Qui non vult videre quod malum est, qui non vult audire quod malum est, ab illicitis sacrificiorum nidoribus avertit odoratum, ab illicitis sacrificiorum cibis avertit gustum, fugit complexum alienae, frangit panem esurienti, hospitem inducit in domum, vestit nudum, concordat litigiosum, visitat egrotum, sepelit mortuum. Ecce virgo, ecce habet lampades. Quid querimus amplius? Adhuc quero. Quid adhuc queris? inquis. Adhuc quod in ipso evangelio me fecit herere: quia et ipsas virgines et ferentes lampades alias dixit prudentes, alias stultas. Unde intuemur? unde discernimus? De oleo. Aliquid magnum significat oleum, valde magnum. Putasne caritas est? Querendo dicimus, non temere precipitamus. Unde videatur mihi quod oleum caritas sit, dico vobis. Apostolus dicit: Adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro. Que est supereminentior via? Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Ipsa supereminens via, id est caritas, que merito oleo significatur. Omnibus enim humoribus oleum supereminet. Mitte aquam et superinfunde oleum, oleum supereminet; mitte oleum, superinfunde aquam, oleum supereminet. Si ordinem servaveris, vincit; si ordinem mutaveris, vincit. Caritas numquam cadit. Quid ergo, fratres? Iam discutiamus de quinque virginibus prudentibus et quinque fatuis. Volunt obviam sponso ire. Quid est ire obviam sponso? Corde ire, exspectare eius adventum. Sed tardabat. Dum tardat ille, dormierunt omnes. Quid est omnes? Et sapientes et fatue dormitaverunt et dormierunt. Putamusne bonus est somnus iste? Quid est somnus iste? Numquid forte tardante sponso, quoniam abundat iniquitas, refrigescet caritas multorum? Siccine intelleximus somnum istum? Non placet. Dico quare: quia sunt ibi prudentes. Et utique quia dixit Dominus: Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet

Oleum significat caritatem

caritas multorum. Subiecit et ait: Qui autem perseveraverit usque in finem hic
salvus erit. Ubi vultis esse? istas prudentes? Nonne in illis quae perseveraverunt
usque in finem? Non ob aliud fuerunt, non ob aliud prudentes admittere nisi
quia perseveraverunt usque in finem. Non ergo eis obrepsit frigus caritatis,
non in eis refriguit caritas, sed ferbuit usque in finem. Quia fervet usque
in finem, ideo sponso ianue patuerunt, ideo eis dicitur ut intrarent,
sicut illi optimo servo: Intra in gaudium domini tui. Quid est quod dormitaverunt
omnes? Est aliud somnium quod nemo evadit. Non recordamini
apostolum dicentem: De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres, id est de his
qui mortui sunt. Quare enim dormientes vocantur, nisi quia suo die suscitantur?
Ergo dormiunt omnes. Putas quia prudens ideo non habet mori? Fatua sit
virgo, prudens sit virgo, somnium mortis omnes patiuntur. Alii autem
dicunt sibi homines: Ecce iam dies iudicii venit, tanta mala fiunt,
tantae tribulationes crebrescunt, ecce omnia quae prophetae dixerunt plene
completa sunt. Iam dies iudicii instat. Qui hoc dicunt et feliciter dicunt,
tamquam obviam eunt cum sponso cogitationibus talibus. Et ecce bellum
super bellum, tribulatio super tribulationem, terremotus super terremotum, fames
super famem, gens super gentem, et nondum venit sponsus. Cum ergo exspectatur
ut veniat, dormiunt omnes illi qui dicunt: Ecce venit et dies
iudicii hic nos inveniet. Cum dicit dormit, ecce observet ad somnium
suum et perseveret tamen usque ad somnium suum in exspectatione illum veniat.
Somnum puta enim quia dormiunt. Numquid qui dormit non adiciet
ut resurgat? Dormierunt ergo omnes et de illis prudentibus et de illis
fatuis omnes dormierunt. Ecce media nocte clamor factus est.
Quid est media nocte? Quando non speratur, quando omnino non creditur. Noctem posuit
Nox pro ignorancia — pro ignorantia. Aliquis computat et: Ecce ab Adam tot anni transierunt
et ecce complentur sex milia annorum, et continuo quod quidam tractatores
computaverunt, continuo veniet dies iudicii; et veniunt et transeunt com-
putationes, et adhuc remoratur sponsi adventus, et dormiunt virgines
quae obviam ierant. Et ecce dum non speratur, dum dicitur sex milia annorum
exspectabantur et ecce transierunt, unde sciemus quia iam veniet? media
nocte veniet. Quid est media nocte veniet? Dum nescis veniet.
Quare dum nescis veniet? Ipsum dominum audi: Non est vestrum scire tempora
quae pater posuit in sua potestate. Dies domini, ait apostolus, tamquam fur in noc-
te ita veniet. Ergo vigila nocte ne furem patiaris. Nam somnus
mortis velis nolis veniet. Sed cum factus fuerit clamor media nocte,
quis est iste clamor nisi de quo apostolus dicit: In ictu oculi, in novissima
tuba; canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti et
nos immutabimur. Denique facto clamore de media nocte quid clamabitur?
Ecce sponsus venit. Quid sequitur? Surgent omnes. Veniet hora, dixit ipse
dominus, qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius et procedent. Ergo ad
tubam novissimam surrexerunt omnes. Prudentes autem illae tulerant
oleum secum in vasis suis, stultae autem illae non tulerunt oleum secum. Quid est
non tulerunt secum in vasis suis? Quid est in vasis suis? In cordibus suis. Unde dicit

apostolus

Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre. Ibi oleum magnum, oleum de dei do
no q Denique oleum homines mittere nitro putant, oliuam cerearem non
putant. Certe hoc oleum de dei dono est hos oleum porta tecum. Iuxta
hoc ibi deo placere. Etenim certe virgines iste stulte que non por-
tauerunt oleum secum abstinencia sua qua virgines appellantur hominibus
volunt placere et si hominibus volunt placere et ideo omnia ista lauda
bilia faciunt, oleum secum non portant. Tu ergo tecum porta, intus porta
ubi videt deus ibi porta testimonium consciencie tue. Qui autem ambu
lat ad testimonium alienum oleum non portat secum. Si non abstines
ab illicitis et facis bona operando ab hominibus laudari non est intus
oleum. Denique cum ceperint homines non laudare deficient lam
pades. Sunt itaque caritas nostra. Antequam dormiret ille virgines
non est dictum quia extinguebantur lampades. Illarum sapientum lampa
des ardebant de oleo eterno de consciencie serenitate, de interiori
gloria, de intima caritate. Ardebant tamen et illarum fatuarum. Quare et
ardebant quia non deerant laudes hominum, postquam vero surrexerunt
id est in resurrectione a mortuis ceperunt aptare lampades suas id est preparare
deo operum suorum reddere racionem. Et quia tunc nemo est qui laudet
omnis homo causa sua vacat nemo est tunc qui de se non cogitet. Non
ergo erat qui oleum venderent. Ceperunt deficere lampades, et quesierunt
se fatue ad quasdam prudentes. Date nobis inquiunt de oleo vestro
quia lampades nostre extinguuntur. Hoc querebant quod consueuerant
in alieno oleo lucere ad alienas laudes ambulare. Date
nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Et ille Ne forte
inquiunt non sufficiat nobis et vobis, ite pocius ad vendentes et emite vobis.
Non consulencium sed irridencium est ista responsio. Quare irridencium quia
sapientes erant quia sapiencia erat in illis. Non enim sapientes erant de
suo sed id in illis erat sapiencia. De qua scriptum est in quodam loco que dicit con
temptoribus suis. Cum venerint ad mala que illis minata sunt et ego
vestre perdicioni superridebo. Quid mirum est quia sapientes irrident fa-
tuas. Quid est irridendo. Ite pocius ad vendentes et emite vobis, qui vos
solebatis bene viuendo quia vos homines laudabant quibus oleum
vendebant laudes vendebant. Qui vendunt laudes nisi
adulatores, quanto magis non adquiescetis adulatoribus et
intus oleum portaretis et propter bonam consciam omnia bona opera fa-
ceretis tunc diceretis. Emendabit me iustus in misericordia et arguet me
oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, magis inquit
Emendet me iustus arguat me iustus quam impinguet caput
meum oleum peccatoris. Quid est oleum peccatoris nisi blandimenta adulatoris.
Ite ergo ad vendentes hoc facere consueuistis. Nos autem non vobis damus.
Quare Ne forte non sufficiat nobis et vobis. Quid est non sufficiat. Non
desperacione dictum est sed sobrietate et pia humilitate. Quamuis enim bonus homo habeat

bona co(n)sciam in q(ua) sit quemadmodu(m) iudicet ille q(ue)m nemo fallit
h(abe)t co(n)sciam no(n) illa(m) titillat da(m)nabilia i(n) corde co(n)cepta, s(ed) p(ro)p(te)r cottidia(n)a
queda(m) vite huiane p(e)cc(a)ta licet bo(n)a co(n)sc(ienti)a sit t(ame)n d(icit) deo Dimitte
nob(is) debita n(ost)ra q(ui)a fac(it) quod seq(uitu)r Sicut (et) nos dimittimus debito
rib(us) n(ost)ris, fregit pane(m) esurienti, ex corde vestiunt nudu(m) (et)
ex corde de oleo int(er)ior(e) fac(it) op(er)a bona, (et) tu(n)c i(n) iudicio t(re)pidat
ip(s)a bo(na) co(n)sc(ienti)a, vide q(ui)d est Date nob(is) de oleo u(est)ro qu(ia) extinguu(n)tur, Ite pot(iu)s
ad ue(n)de(n)tes q(ui)a laudib(us) huanis bo(n)u(m) vite co(n)sue(v)istis uob(is) n(ost)r(u)m oleu(m)
no(n) portatis No(n) a(it) nob(is) da(m)n(a)m(u)s Ne forte no(n) suffi(ci)at nob(is) (et) uob(is)
vix e(nim) de nob(is) iudicam(us) qu(a)n(t)o mi(nus) iudicare de uob(is), Q(ui)d est
vix de nob(is) iudicam(us) q(ui)a cu(m) rex iust(us) sedet i(n) throno q(ui)s glab(it)
castu(m) se h(abe)re cor(?) forte tu(n)c i(n)ue(n)tes aditu(m) co(n)sc(ienti)a sua (et) ue(n)it
ille qui melius uidet q(ua)m acies d(iv)ina penetrat. alt(er)a uidet,
forte adiuenit forte ad qu(an)tomel(iu)s illi dic(er)e Ne intres i(n) iudi(cium)
cu(m) s(er)uo tuo, (et) qu(an)to mel(iu)s dic(er)e Dimitte nob(is) debita n(ost)ra, q(ui)a
(et) d(ixi) tib(i) p(ro)p(te)r illas fatuas (et) p(ro)p(te)r illas lampades Esuriui et
dedistis michi manducare, q(ui)d ergo (et) i(lle) no(n) id fecerunt, No(n) fecerunt an(imo)
S(e)d quo fecerunt ego p(ro)phibet deus qui dixit Cauete facere iusticia(m)
u(est)ram cora(m) homi(ni)b(us) ut uideami(ni) ab eis, alioq(ui)n no(n) h(abe)bitis m(er)ce
de(m) apud p(at)rem u(est)r(u)m qui i(n) celis e(st), Et nolite sic(ut) ypocrite
qui orat (et) amat e(n)im stare i(n) plateis (et) orare ut uideant(ur) ab ho(min)ib(us)
ame(n) dico uob(is) receperu(n)t m(er)cede(m) sua(m), Emeru(n)t oleu(m), p(re)ciu(m) de
derunt, emeru(n)t, No(n) su(n)t fraudati laudib(us) huanis, quesieru(n)t
laudes huanas habueru(n)t, Iste laudes huane i(n) die iudicij no(n) ad
iuuat eos, ille a(utem) quo fecerunt, Luceat op(er)a u(est)ra cora(m) ho(min)ib(us) ut
uideat bona facta u(est)ra (et) gl(or)ificet p(at)rem u(est)r(u)m qui i(n) celis est,
No(n) a(it) uob(is) No(n) e(nim) de tuo h(ab)es oleu(m) Iactat (et) dic h(abe)o, s(ed) no(n)
h(ab)es, Q(ui)d e(nim) h(ab)es q(uo)d no(n) accepisti, ergo ille sic fecerunt, ille sic,
No(n) e(st) a(utem) mirandu(m) cu(m) eu(n)t emere cu(m) qu(er)u(n)t a q(ui)b(us) laudent(ur) (et) no(n)
inueniu(n)t, cu(m) qu(er)u(n)t a q(ui)b(us) co(n)solent(ur) (et) no(n) inueniu(n)t, Ap(er)ta est
ianua uenit sponsus (et) sponsa (et) tu(n)c gl(or)ificata cu(m) x(rist)o eccl(esi)a ut sin(gu)la
me(m)bra ad totu(m) se colligat, (et) intrau(er)unt cu(m) eo ad nuptias (et)
clausu(m) e(st) hostiu(m), (et) ille fatue p(ost)ea uenerunt, s(ed) nu(n)q(ui)d oleu(m) emeru(n)t
q(ui)d a q(ui)b(us) emerent inuenit, ideo ianuas clausas inuenerunt, pulsare
ceperunt, s(ed) s(er)o d(icitu)r (est)·p(er)u(er)sio fallacia d(icitu)r (est)·pulsate et
ap(er)i(etur) uob(is), S(ed) m(od)o qu(ia) t(em)p(u)s e(st) m(isericordi)e no(n) qu(ia) t(em)p(u)s e(st) iudicij No(n) ei p(ro)p(ri)e
co(n)fundi ista t(em)p(or)a cu(m) m(isericordi)am (et) iudiciu(m) cantet d(omi)no s(uo) eccl(esi)a,
t(em)p(u)s e(st) m(isericordi)e age p(e)n(itenti)am, t(em)p(or)e iudicij h(ab)es illa(m) age eis i(n) vigilijs ill(o)
t(em)p(or)e q(ui)b(us) clausu(m) e(st) hostiu(m), D(omi)ne d(omi)ne ap(er)i nob(is) Nu(n)q(ui)d no(n) p(e)n(itenti)am egeru(n)t,
s(ed) s(er)o egeru(n)t olei(m) no(n) portaueru(n)t (et) q(ui)d illis p(ro)fuit s(er)a p(e)n(itenti)a q(ua)n(do) eas
irridebat u(er)a sap(ienti)a Clausu(m) e(st) ergo ostiu(m) Et q(ui)d illis d(icitu)r e(st)
No(n) noui uos No(n) illas no(n) nouit q(ui) o(mn)ia nouit, Q(ui)d e(st) ergo No(n) noui uos

Impbo uos vepbo uos, i arte mea nō uos agnosto dīr mea
nescit uicia, hoc ē at magnū z nescat uicia z indicat uicia Ne
scit faciēdo indicat arguēdo, Sic g° nō noui uos, Seruūt
uiciūt quos prudētes, ōrū multi sunt fr̄es mei i nōie x̄o
Sint i uos quos prudētes, ß nolite quos hōmes Sit i uos
quos prudentes, Ad ista prudiciam ōnauij mu ptinētes,
Veniet eni hora z qu nescimus ueniet, Media nocte ueniet
uigilate, Sic clausit ewām vigilate qr nescitis diē neqz
horā, Si g° dormitūri sumus quō uigilamus Corde uigila
fide uigila spe uigila, carite uigila opibz uigila, z qn corpe
dormiēt fuerit tp̄c ut surgas cū aut surrexeris ppa lāpa
des tuas nō extinguant, tūc i intior cōscia oleo uegetent
tūc spōs ille incorpeis ucēpibz amplectat tūc te intro
ducat i domū ubi nūqz dormias ubi nuquā tua lampas
possit extingui, hodie nōs laboramus z lampades nrē int
uētos scīli huius temptaōs qz fluctuet, Sz ardeat i vob de
flāma intāt uet° temptaōis augeat ignē potius quā
extinguat ꝛc /// Incipiūt capitula i sm̄os sci Augusti
Sermo de ewāo s°luca Quiu uos spnit me spnit, ꝟ s° luca
Ite i ewāo de diuite cibis estuātē z lazaro indigente,
Ite i ewāo de martha z maria, ꝟ Ite sm̄o de eisd
Ite i ewāo ubi dyxerūt disci ad dnm̄ Dne doce nos orare,
Ite i ewāo qs uīm ht amicū z ibit ad illū nocte media,
Ite i ewāo s°luca ꝟc nos pharizei qd foris ē paropsidis lauat,
Ite i ewāo de arbore ficulnea qz trienni hebat z fructu nafferbat
Ite i ewāo de si pauci sūt q salūat z de qtēdite itrare p āgtā ptā
Ite i ewāo ho quidā fec cena, ꝟ It ho qdā hūit duos filios
Ite i ewāo facite uos amicos de māmona iniqt,
Ite i ewāo de mendico qndm̄ ieubat ut hoiem uidebat,
Ite i ewāo ho qdā descēdat ab ihrlm i yericho z incidit i latrones,
Ite i ewāo Oēs nos manifestari oz an tribunal xp̄i, ꝟ Cap° j° pnj
Qui vos spnit me spnit, Dnus nr ihc xp̄c quod
discipulis suis loquens i° tpe scribebat ut nos audi
endo pareret, Audimus g° uba eius. Oz cū pdesset
nos si uidet z nō audiret, ut nō ad abc qr nō uidet z
tū audi, Dt g°. Qui uos spnit me spnit, Si sol aplis dyx
Qui uos spnit me spnit, spnite nos, Si at sm̄o eius puet
ad nos z uocat nos z i corp loco nos cōstituit, uidete ne
spnatis nos, ne ad illū pueniat iniuria quā nobis fecistis
Si enī nos nō timetis illū timete qui dyx Qui uos spnit me
spnit, Oz at nos loqui uos qui spni nolumus a uob n
ut de uris bonis mōibz gaudeamus, periculorum nrōrum sunt
solacia bō opa ura, Viuite bn̄ ne moriamini male. Nec hīs ub

que dixit Viuite bene ne moriamini male. Attendatis eos qui forte male vixerunt et in laudibus suis mortui sunt et acta est pompa funeris eorum et positi sunt in preciosis sarcophagis in sepulturis pulcherrime et operosissime fabricatis. Et quia forte dicit sibi vnusquisque vestrum, Velle sic mori, putetis me vere vna dicere voluisse qui dixi me velle sic bene viuatis ne male moriamini. Contra forte occurrit aliquis qui et bene vixit et secundum opinionem hominum male est mortuus, forte a ruina est mortuus, a naufragio mortuus est, a bestiis mortuus est. Et dicit vnusquisque carnalis in corde suo: Quid est bene viuere? Ecce ille sic vixit et est mortuus. Redite ergo ad cor et si fideles estis inuenietis ibi Christum, ipse loquitur vobis. Ego non clamo, ille in silentio plus docet; ego loquor per sonum clamoris, ille intus loquitur per timorem cogitationis. Ergo ipse afficiat in corde vestro verbum meum quod dicere ausus sum: Bene viuite ne male moriamini. Ecce quo fideles estis in cordibus vestris et ibi est Christus, ipse hic docet quod hic ego cupio personare. Recordamini in eius nomine diuitem illum et pauperem illum: diuitem indutum purpura et bysso et cottidianis epulis saginatum, pauperem vero illum iacentem ante ianuam diuitis esurientem et de mensa eius micas requirentem, ulceribus plenum a canibus linctum. Recordamini ergo, vnum recordamini, nisi quia ibi est Christus in cordibus vestris. Dicite mihi quid ipsum interrogauit et vidit nos. Secundum enim et dicit: Contigit mori inopem illum et offerri ab angelis in sinum Abrahe; et clamat diues post Abraham ut mittat Lazarum ut intingat digitum suum in aquam ut stillet in linguam meam quia crucior in hac flamma. Superbus tempore medicus infernus pauper. Cum ille non perueniebat ad micam, iste non perueniebat ad guttam. De duobus ergo istis dicite mihi quis est bene mortuus et quis est male mortuus. Nolite oculos interrogare, cor videte. Si enim oculos interrogauitis, fallacia oculos interrogare est ad cor videte. Si enim oculos interrogauitis, fla[...] oculos interrogare ad cor videte. Multum enim splendida sunt et preclara funera que illi nos videt, multum enim splendida sunt et preclara funera que illi diuiti morienti exhiberi potuerunt, que potuerunt agmina plangentium familie suorum et ancillarum, que pompa que exhibita, quis splendor funeris; et suorum et ancillarum que pompa, quod sepultus est, credo cum aromatibus obrutum. Quid ergo? quod prius sepultus est, bene istum mortuum an male mortuum? Si oculos dabitis, fuerit bene istum mortuum, si magistrum vestrum interiorem requiratis, interrogatis optime mortuus est; si superbi viui suorum consuetudine pessime mortuus est. Si ergo sic moriuntur superbi, vivi suorum consuetudine pessime mortuus est. Si ergo sic moriuntur superbi, diuites ... rapiunt res alienas, vnum ergo dixi: Viuite bene ne moriamini male, ne res alienas. Non probat malam mortem nisi tempus post mortem, quo diues in morte moriamini. Non probat malam mortem nisi tempus post mortem. Christiani attendite illum pauperem. Nolite oculis. Ita errabitis. Fides attendat, cor videat. Constituite illum ante oculos vestros iacentem in terra ulceribus plenum, venientes canes et lingentes ulcera eius. Sed cum talem in terra ulcerosum venientes canes et lingentes ulcera eius exsputis faciem auertitis, illum venerat ante oculos vestros totus exsputis faciem auertitis; nares obturatis, cordis oculis videte: mortuus est et ablatus est ab angelis in sinum Abrahe. Familia diuitis uidebatur plangens, angeli non uidebantur gaudentes. Quid ergo respondit diuiti Abraham: Memento fili quia recepisti bona in vita tua. Vel bonum putasti nisi quod in vita hausisti.

Accepisti sed tunc fuerunt dies et totum perdidisti et torqueris quia in sceleribus re-
mansisti. Oportet ergo fratres ut vos dicamus: Attendite pau-
peres sive iacentes sive ambulantes. Attendite pauperes, facite
opera bona qui soletis facere et qui non soletis facite. Crescat unusquisque
bonorum operancium qui crescit et fidelium unusquisque. Quod facitis quantum
bonum sit nondum videtis, quia et rusticanus qui seminat segetem non
videt sed tamen credit; tu Deo quare non credis? Veniet messis vestra. Pu-
tate quia modo laboratores agimus, laborantes operemur, recepturi sicut
scriptum est: Euntes ibant et flebant mittentes semina sua, venientes autem
venient cum exultatione portantes manipulos suos. Al-
ter eiusdem sermo de divite cibis estuante et de lazaro indigente

Audivit caritas vestra fratres karissimi quemadmodum arbiter totius mentis
intentione perspexit opulenciam divitis et indigenciam men-
dicantis. Unum cibis estuantem et alium fame deficientem. Am-
bo quidem homines, ambo carnales, ambo mortales, sed non ambo
equales. Via una sed vita non una, neuter corporis a conditione mortis
immunis. Et tu unus epularis splendide et alter in panibus et inercia al. in penuria
sordescit. Ille delicatus est ad invectionem quorundam gaudebat, // cor.
iste si caderent mice de mensa eius exoptabat. Audiat nunc dives
qui noluit esse misericors, audiat quia omnes una nascimur lege,
una vivimus luce, unum spiramus aerem, una quoque extinguimur
morte, que si non intercedit nec pauper ipse durabit. Hic ultro surgit
undique iacebat lazarus et abrahe sinum angelorum portatur ma-
nibus. Ecce dives refectus et splendidus tartareo carcere
clauditur. Ubi est vestis illa byssina ubi vita habundabat et afflu-
ens copiis multis. Nonne in morte omnia transierunt tecum? Vnibus
Nichil intulimus in hunc mundum dicit apostolus sed nec quicquam auferre
possumus. Nichil nobiscum tollimus. Ad rapinas quasi ad tollendum me
vivos homines voraremus? Que ista aviditas tam turpis
cum ipse belue habeant modum? Tunc enim rapiunt cum esuriunt. Parcunt
non prede cum senserint saturitatem. Inexplebilis est sola avaricia divitum:
semper rapit et numquam saciatur, nec Deum timet nec hominem reveretur,
non parcit, non inveniem agnoscat, nec fratri obtemperat, nec amico fidem
servat. Viduam opprimit, pupilli invadit rem, liberos in servitium re-
vocat, testamentum falsum profert, res mortui occupat, quomodo et ipsi
qui hec faciunt moriantur. Que ergo ista animorum insania
amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum et perdere celum?
Sed quia nemo cogitat dum in mundo manet, in morte inducitur: recordare
demum e divites quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala,
nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Audiat ista divites qui
noluit esse misericors, audiat invocata ad supplicia eius qui
noluit erogare subsidia, audiat pauperem refrigerantem,
audiat divitem penis gravioribus estuantem. Pater inquit abraham
miserere mei et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam et
refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma. Attende mentem ingentem

fili quia percepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala. Pensantur pro divitis
penis, v[illegible] pro paupertate, pro purpura flamma, vestitus pro nuditate
ut salva sit equitas statere, et non metitur modus illius mensure
In qua mensura iniquus mensus fuerit remetietur vobis. Ideo negatur in
penis mica diviti quia ipse dum viveret noluit misereri, non rogans
dives non exauditur in tormentis quia rogantem pauperem non exaudiebat
in terris. Dives et pauper duo sibi sunt contraria, sed utrique duo sibi sunt necessaria,
nemo indigeret si invicem supportarent, et nemo laboraret si se ambo
iuvarent. Dives propter pauperem factus est et pauper propter divitem factus est.
pauperi est orare et diviti est erogare. Dei est pro parvis magna pensare
De mica eius parva magna nascitur copia, sicut modicum ager pauperum cito
reddit divitibus fructum. Via celi est pauper per quam venitur ad patrem.
Incipe ergo erogare si non vis errare. Patrimonium tuum quo es liga-
tus compede in hac vita resolve ut liber ad celum possis ascendere.
Abice a te divitiarum onera, abice vincula voluntaria, abice
anxietates et tedia que te pluribus in annis inquietant. Da petenti
ut possis ipse accipere, tribue pauperi si non vis flammis exuri. Da in
terra Christo quod tibi reddat in celo. Obliviscere quod es et attende
quod futurus es. Parvus est vita fragilis et in morte perimus. Neque potestate
stat sed omnes cogimur transire. Nolentes enim inviti eximus quia mor-
tales sumus. Si autem ante nos aliquid mittimus non ad inanem hospitium
venimus. Quod enim pauperi damus ante nos premittimus. Quod
autem rapimus hic totum dimittimus etc. Item de verbis domini in ewangelio

ccxvi

secundum lucam de martha et maria

Verba domini nostri Ihesu Christi que modo ex ewangelio recitata sunt admo-
nent nos esse unum ad quod tendamus quando in huius seculi multitu-
dine laboramus. Tendimus autem adhuc peregrinantes nondum ma-
nentes, adhuc in via nondum in patria, adhuc desiderando nondum
fruendo, tamen tendamus et sine pigritia et sine intermissione tendamus
ut aliquando pervenire valeamus. Martha et maria due sorores erant
ambe non solum carne sed et religione germane, ambe domino co-
heserunt ambe domino in carne presenti concorditer servierunt. Suscepit
eum martha sicut solent suscipi peregrini. Sed tamen suscepit famula
dominum, egra salvatorem, creatura creatorem. Suscepit autem spiritu pascen-
da in carne pascendum. Voluit enim dominus formam servi accipere et accepta
forma servi in ea pasci a servis, dignatione sed non conditione. Nam et ista
dignatio fuit se prebere pascendum. Habebat carnem in qua esuriret
quidem et sitiret sed nescitis quia in heremo esurienti angeli ministrabant.
Ergo quod pasci voluit pascenti prestitit. Quid autem mirum si et sancto
helye prestitit vidue quem prius per corvum ministrante pascebat. Numquid
pascendo defecerat qui hunc ad viduam mittebat. Non pascendo
defecerat quando ad viduam mittebat, sed religiosam viduam pro
obsequio exhibito suo benedicere disponebat. Sic ergo susceptus

est dominus, tamquam hospes qui in sua propria venit et sui eum non receperunt
Sed quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri adop-
tans servos et fratres faciens, redimens captivos et faciens coheredes.
Nequis tamen vestrum forsitan dicat: O beati qui Christum suscipere in domum
propriam meruerunt. Noli dolere. Noli murmurare quia temporibus natus es
quando dominum non vides in carne. Non tibi abstulit istam dignationem
Cum uni inquit ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hec de domino
pascendo pascente, propter pauca pro tempore diximus. Remanet ad
causam quam de uno exposui. Martha dominum pascere disponens
et preparans circa multum ministerium occupabatur. Maria soror eius
pasci magis deligens a domino, deseruit quodammodo sororem suam circa multum
ministerium laborantem et sedit ipsa ad pedes domini et vacans au-
diebat verbum eius. Dominus fidelissima audierat: Vacate et videte
quoniam ego sum dominus. Illa turbabatur, illa epulabatur. Illa multa
disponebat, ista unum aspiciebat. Utrumque officium bonum. Sed tamen
quod sit melius quid nos dicamus? Habemus quem interrogemus. Patienter
audiamus. Quod sit melius iam cum legeretur audivimus et meminimus, iterato
iterum audiamus. Interpellat Martha hospitem, ad iudicem depo-
postulationem parat, querelam quod eam soror deseruit et labora-
tem in ministerio adiuvare neglexit. Non respondente illa, sed tamen presente
iudicat dominus. Maria tamquam secura iudici maluit causam committere,
nec in respondendo voluit laborare. Si enim pararet respondendi sermonem
remitteret audiendi intentionem. Respondit ergo dominus quod verbo non labo-
rat qui verbum erat. Quid ergo dixit? Martha, Martha. Repetitio nominis
indicium est dilectionis, aut forte monende intentionis ut audiret
attentius. Bis vocata est: Martha, Martha, audi tu: circa multa
es occupata. Unum autem opus est. Unum necessarium est, non unum opus quasi
singulare opus, sed opus est expedit necessarium est. Quod unum hoc elegit
Maria. Unum cogitate fratres mei et videte. Et in ipsa multitudine si
delectat nisi unum. Ecce deo propicio quam multi estis. Quis vos
ferret nisi unum saperetis. Unde in multis quies ista? Da unum et populus est,
tolle unum et turba est. Quid est enim turba nisi multitudo turbata?
Sed audite apostolum. Obsecro autem vos fratres. Multitudini dice-
bat, sed omnes unum facere volebat. Obsecro autem vos fratres
ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Sitis autem
perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Et alio loco: Unanimes unum
sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam. Et dominus ad
patrem de suis: Ut sint unum sicut et nos unum sumus. Et in actibus
apostolorum: Multitudinis autem credentium erat anima una et cor unum.
Ergo magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius in unum.
Quia unum necessarium, unum illud supernum, unum ubi pater et filius et spiritus sanctus
sunt unum. Videte nobis commendari unitatem. Certe trinitas est deus. Non
pater non est filius, filius non est pater, spiritus sanctus nec pater est nec filius sed amborum spiritus
et tamen isti tres non tres dii, non tres omnipotentes sed unus deus omnipotens.

Ipsa trinitas unus est deus, quia unum est natura. Ad hanc unitatem non nos perducit nisi multi habeamus cor unum. Bona sunt ministeria circa pauperes et maxime circa sanctos dei servitia debita, obsequia religiosa. Redduntur enim, non donantur, dicente apostolo: Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus. Bona sunt, exhortamur ad haec, et in verbo domini edificamus vos: Nolite pigri esse ad suscipiendos sanctos. Aliqui nescientes suscipiendo quos nesciebant angelos susceperunt. Bona sunt haec; melius est tamen quod elegit Maria. Illud enim habet ex necessitate occupationem, hoc autem ex caritate suavitatem. Vult homo occurrere cum ministrat, et aliquando non potest; quaeritur quod deest, paratur quod adest; distenditur animus. Nam si Martha illa sufficeret, adiutorium sororis non posceret. Multa sunt, diversa sunt, quia carnalia sunt, quia temporalia sunt; et si bona sunt, transitoria sunt. Mariae autem quid ait dominus? Maria meliorem partem elegit. Non tu malam, sed illa meliorem. Audi unde meliorem: quae non auferetur ab ea. A te auferetur aliquando onus necessitatis; eterna est dulcedo veritatis. Non auferetur ab ea quod elegit. Non auferetur, sed tamen augetur. In hac autem vita augetur, in alia vita perficietur; numquam auferetur ab ea. Et tu vero, Martha, pace tua dixerim, in bono ministerio benedicta, pro isto labore tuo mercedem quaeris quietem. Nunc occupata es circa multa ministeria, pascere vis mortalia corpora, sed sanctorum. Numquid cum veneris ad illam patriam invenies peregrinum quem suscipies hospitio? Invenies esurientem cui panem frangas? sitientem cui potum porrigas? egrotum quem visites? litigantem quem concordes? mortuum quem sepelias? Omnia ista ibi non erunt. Et quid ibi erit? Quod Maria elegit. Ibi pascimur, non pascimus. Ideo ibi erit plenum et perfectum quod hic elegit Maria; de illa mensa opulenta de verbo domini micas colligebat. Nam vultis nosse quid ibi erit? Dominus ipse dicit de servis suis: Amen dico vobis quia faciet eos recumbere et transiens ministrabit illis. Recumbere quid est nisi vacare, recumbere quid est nisi requiescere? Quid est transiens ministrabit illis? Prius transit et sic ministrat. Et ubi? In illo convivio superno de quo dicit: Amen dico vobis, multi ab oriente et occidente venient et recumbent cum Abraham, Ysaac et Iacob in regno celorum. Ibi dominus pascit, sed prius hinc transiit. Venit dominus, fecit divina, passus est humana. Numquid adhuc transit? Numquid adhuc expalmatur? Numquid adhuc crucifigitur, conspuitur? Numquid adhuc lancea vulneratur? Transiit denique, et evangelista sic loquitur. Cum autem venisset hora qua pascha faceret cum discipulis suis, ecce dicit evangelista: Cum autem venisset hora ut transiret de hoc mundo ad patrem. Ergo Christus transiit ut pasceret nos. Sequamur ut pascamur.

Item sermo de eisdem.

Sicut evangelium cum legeretur audivimus, a femina religiosa susceptum esse dominum hospitio, cui nomen Martha vocabatur. Et cum esset ipsa occupata in cura ministerii, soror eius Maria sedebat ad pedes domini et audiebat verbum eius. Laborabat illa,

vacabat ista

vacabat ista. Illa erogabat, hec implebat. Verumtamen martha laborans multum in illa occupatione et negocio ministerii interpellavit dominum, et de sorore sua conquesta quod eam laborantem non adiuvaret. Dominus autem pro maria respondit marthe, et ipse eius factus est advocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Martha, inquit, es multa es occupata, quod unum est necessarium. Maria meliorem partem elegit, que non auferetur ab ea. Audivimus enim et interpellationem interpellantis et sententiam iudicis, que sententia interpellanti respondit, susceptam defendit. Erat enim maria intenta dulcedini verbi domini. Intenta erat martha quomodo pasceret dominum, intenta maria quomodo pasceretur a domino. Vel martha convivium domino parabat, in cuius convivio maria iam iocundabatur. Ergo maria suaviter audiebat verbum dulcissimum et corde intentissimo pascebatur. Interpellato domino a sorore sua, quomodo putamus eam timuisse ne diceret ei dominus: Surge et adiuva sororem tuam. Mira enim suavitate tenebatur, que profecto est maior mentis quam ventris. Excusata est, sedit securior. Quomodo autem excusata, attendamus, inspiciamus, perscrutemur quantum possumus, pascamur et nos. Quid enim? putamus reprehensum esse ministerium marthe, quam cura hospitalitatis occupaverat, que ipsum dominum hospicio receperat? Quomodo vere reprehendebatur, que tanto hospite letabatur? Hoc si verum est, desinant homines que ministrant egentibus, eligant sibi partem meliorem, que non auferetur ab eis, vacent verbo, inhient doctrine, dulcedini occupentur circa scientiam salutarem. Non eis cure sit quis peregrinus in vico sit, quis egeat pane, quis indumento, quis visitandus, quis redimendus, quis sepeliendus. Vacet opus misericordie, uni insistatur scientie. Si melior pars est, cur non omnes hoc faciunt, qui ipsum dominum in hac causa patronum habemus? Non enim timemus in hac re ne offendamus eius iusticiam, cum patrocinia teneamus eius sententie. Et tamen non ita est, sed sicut dixi dubitatum est quomodo intelligitur. Non est, erat quod intelligere debes: Martha, Martha, occupata es circa multa, cum unum sit necessarium. Maria meliorem partem elegit. Non tu malam, sed ista meliorem. Quare meliorem? Quia tu circa multa, illa circa unum. Preponitur unum multis. Non enim a multis unum, sed multa ab uno. Multa sunt que facta sunt, unus qui fecit. Celum, mare et omnia que in eis sunt, quam multa sunt! Quis ista numerat? Quis horum multitudinem cogitat? Quis hec fecit? Deus omnia, et bona valde. Bona valde que fecit, quanto melior ille qui fecit. Attendamus igitur occupationes nostras circa multa. Necessarium est ministerium corpora reficere volentibus. Quare hoc? Quia esuriunt, quia sitiunt. Misericordia miseris necessaria est. Frangis panem esurienti, quia invenisti esurientem. Tolle famem: cui frangis panem? Tolle peregrinationem: cui exhibes hospitalitatem? Tolle nuditatem: cui preparas vestem? Non sit egritudo: quem visitas? Non sit captivitas: quem redimis? Non sit rixa: quem concordas? Non sit mors: quem sepelis? In illo seculo futuro non erunt ista mala, ergo nec ista ministeria. Bene ergo martha ad corporale domini, quid dicam necessitatem an voluntatem, ministrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Ecce quod maria audiebat. Verbum

cadosum exhibuit in nobis. Ecce martha cum ministrabat, ecce maria
meliorem partem elegit que non auferetur ab ea. Certa unum se noluit
occupari iam tenebat, michi autem adherere deo bonum est. Sede-
bat ad pedes capitis nostri. Quanto humilius sedebat tanto amplius
capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem convallis, denatat
de tumoribus collis. Non ergo dominus opus reprehendit sed munus distinxit.
Circa multa es occupata porro unum est necessarium. Iam hoc sibi maria
elegit, transit labor multitudinis et remanet caritas unitatis,
ergo quod elegit non auferetur ab ea. A te autem quod elegisti utique hoc se-
quitur, hoc subintelligitur, a te quod elegisti auferetur. Sed bono tuo auferetur
ut quod melius est detur. Auferetur enim a te labor ut requies detur. Tu
navigas, illa iam in portu est. Videtis ergo karissimi et quantum arbitror iam
intelligitis in hiis duabus mulieribus que ambe fuerant domino grate, ambe
amabiles ambe discipule, videtis ergo et magnum aliquid intelligitis
in hiis duabus mulieribus. Duas vitas esse figuratas, presentem et futuram,
laboriosam et quietam, erumnosam et beatam, temporalem et eternam. Due iste vite.
De illis vos copiosius excogitate. Quid habeat hec vita, non dico
mala non iniqua non nepharia non luxuriosa non impia, sed laboriosa
erumnis plena timoribus castigata temptationibus sollicita,
hanc ipsam innocentem vitam dico qualem decebat esse mortem hanc
martha, hanc ergo quantum potestis inspicite, et de hac ut dixi co-
piosius quam loquimur cogitate. Vita non iniqua aberat ab illa domo
nec cum martha erat nec cum maria. Et si aliquando fuit, domino intrante fugit.
Remanserunt ergo in illa domo que susceperat dominum in duabus feminis
due vite. Ambe innocentes ambe laudabiles, una laboriosa
altera ociosa, nulla facinorosa nulla tediosa nulla desidiosa.
Ambe innocentes ambe inquam laudabiles, sed una laboriosa, altera
ociosa, nulla facinorosa quam caveat laboriosa, nulla desidiosa quam caveat ociosa. Erat igitur in illa domo
iste due vite et ipse fons vite. In martha erat ymago presentium,
in maria futurorum, quod agebat martha ibi sumus, quod agebat
maria hoc speramus. Hoc agamus bene ut illud habeamus plene. Nam quid ide
habemus inquantum habemus, quamdiu hic sumus quantum est quod inde habemus.
Nam et modo inde aliquid agimus remoti a negociis sepositi familiaribus
curis quievistis. Statis auditis, inquantum hoc agitis mariae similes estis.
Et facilius vos quod agit maria quam ego qui erogo. Si quid tamen dico
sermo vos pascit quia et quia panis quibus est unum et ego vobiscum
vivo. Nunc autem vivimus si nos statis in domino. Nolo in nobis sed
in domino quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

De eo ubi dixerunt discipuli ad dominum: Domine doce nos orare.

Apostoli dicebant ad dominum: Domine doce nos orare sicut et iohannes
docuit discipulos suos. Tunc autem dominus orationem proposuit nostri que ce-
lestis scientie est tum adiungitur ... usque
debitoribus nostris et ne patiaris nos induci in temptationem. Et sic lingua mea
vides quam breuis oratio et omnia plena videtur. Sermo quantum est greco ho-

faciem tuam non audebas ad dominum attollere oculos tuos ad terram dirige-
bas et subito accepisti gratiam christi omnia tibi peccata dimissa sunt, ex
malo seruo factus es filius bonus, ideo presume non de operatione tua
sed de christi gratia. Gratia enim saluati estis ait apostolus. Non ergo hic arrogancia est
sed fides, predicare quod acceperis non est superbia sed deuocio. Ergo attolle
oculos ad patrem qui te per lauacrum genuit ad patrem qui per
filium te redemit. Et dic pater noster. Bona presumpcio sed moderate Pat nr̄.
patrem dicas quasi filius sed noli tibi aliquid specialiter vendicare, solius christi specialiter
est pater nobis omnibus communiter est pater quia illum solum genuit. Nos creauit. Dic ergo
et tu per gratiam pater noster ut filius esse merearis. Ecce constituit te quasi de
tuteriorem commenda pater noster qui es in celis. Quid est in celis. Audi scripturam dicentem Q̄i es i celis
Excelsus super omnes celos dominus. Et ubique habes quod super celos celorum
dominus sit quasi non in celis et angeli quasi non in celis et dominaciones sed illis celis
de quibus dictum est: Celi enarrant gloriam dei. Celum est ubi culpa
cessauit, celum est ubi flagicia non sunt, celum est ubi nullum mortis
est vulnus. pater noster qui es in celis. Sanctificetur nomen tuum. Sanctificetur nobis, non quod est sanctificetur Scificet nōm
quasi optemus ut sanctificetur ille qui ait Estote sancti quia ego sanctus sum,
sed ut ad eum ex nostra predicacione sanctificacio accedat. Non sed sanctificetur
in nobis ut ad nos possit sanctificacio eius peruenire. pater noster qui es in celis.
sanctificetur in nobis nomen tuum. Adueniat regnum tuum, quasi non semper Adveniat
sit dei regnum quod tu dicis pater. Veniat regnum tuum, quasi nunc veniat regm̄ tuū
Sed tunc venit regnum dei quando estis eius gratiam consecuti. Ipse enim
ait Regnum dei intra vos est. Veniat regnum tuum. fiat voluntas tua sicut in fiat volūs
celo et in terra. pater noster cottidianum da nobis hodie. Sanguine christi pacificata sunt omnia
uel in celo uel in terra. Sanctificatum est celum, deiectus est dyabolus, ibi versatur
ubi et homo quem ille decepit. Fiat voluntas tua, hoc est sit pax in terra que-
admodum et in celo. panem nostrum cottidianum da nobis hodie. Memini sermonis Panē nrm
mei cum de sacramentis tractarem dixi vobis. Quod ante verba christi quod offertur
panis dicitur. Ubi verba christi deprompta fuerint iam non panis dicitur sed
corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica quae postea sequitur ait panem
nostrum, panem quidem dixit, sed epiousion dixit, hoc est supstancialem. Non
iste panis qui vadit in corpus sed ille panis vite eterne qui anime
nostre substantiam fulcit, ideo ergo grece epiousion dicitur. latinus autem hunc panem
cottidianum dixit quia greci dicunt aduenientem diem, ergo quod latinus dixit
et grecus utrumque utile videtur. Grecus utrumque uno sermone significauit,
latinus cottidianum dixit. Si cottidianus est panis cur post annum
sumas illum quemadmodum greci in oriente facere consueuerunt. Accipe
cottidie quod cottidie tibi prosit, sic viue ut cottidie merearis accipere. Qui
non meretur cottidie accipere non meretur post annum accipere. Quomodo Iob sanctus
pro filiis offerebat cottidie sacrificium ne forte aliquid in corde uel in sermone
peccassent, ergo tu audis quod quociescumque offertur sacrificium mors domini
eleuacio domini significetur et remissio peccatorum, et panem istum vite eterne cotti-
dianum assumis

Quicumque habet medicinam requirit/ vulnus est quia sub peccato sumus. Medicina
celestis et venerabile sacramentum. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie.
Cottidie si accipis, cottidie tibi hodie est/ Et hodie Christus est et
cottidie resurgit. Unde Filius meus es tu ego hodie genui te.
Hodie est quando Christus resurgit/ Heri et hodie ipse est/ Apostolus Paulus ait/ Sed alibi
ait Nox precessit dies autem appropinquavit. Nox hesterna precessit dies ho-
Dimitte nobis — diernus appropinquavit/ Sequitur. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. Debitum quid est nisi peccatum/ Ergo si non accepisses
alieni feneratoris pecuniam non egeres/ et ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti
pecuniam cum qua dives nascereris. Dives eras ad ymaginem dei et
similitudinem factus, perdidisti quod habebas hoc est humilitatem dum arrogantiam
desideras vindicare/ perdidisti pecuniam quia sicut Adam nudus es factus. Acce-
pisti a dyabolo debitum quod non erat necessarium/ et ideo qui eras liber in Christo factus
es debitor dyaboli. Cautionem tuam tenebat inimicus sed eam dominus crucifixit
et suo cruore delevit/ abstulit debitum tuum reddidit libertatem/ Hugo
ait dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas.
Quomodo ego dimitto sic et tu dimitte mihi. Si dimiseris bene quidem ut
Et ne nos — dimittatur tibi. Si non dimittis quo cum queris/ Et ne patiaris
nos induci in temptationem quam ferre non possumus sed libera nos a malo.
Sed libera — Vide quid dicas. Quam ferre non possumus. Non dicit non inducas in temptationem
sed quasi athleta talem vult temptationem quam ferre possit humana condicio.
Et unusquisque ut a malo hoc est ab inimico a peccato liberetur/ Potens est
autem deus qui abstulit peccatum nostrum et delicta nostra donavit tueri et
custodire nos adversus dyaboli adversantis insidias ut non nobis ob-
repat inimicus qui culpam generare consuevit/ Sed qui deo se committit
dyabolum non timet/ Si enim deus pro nobis quis contra nos/ Ipsi ergo laus et
gloria a seculis et nunc et semper et in omnia secula seculorum amen et cetera.

Item de eodem sermo sive lectura ubi dicit dominus ad discipulos. Quis vestrum habet 6
amicum et ibit ad illum media nocte //

Audivimus nos exhortantem dominum nostrum celestem magistrum et fide-
lissimum consiliarium eundem hortatorem ut petamus et datorem
cum petimus/ Audivimus eum in evangelio hortantem nos cum petere
instanter et pulsare usque ad similitudinem improbitatis/ Proposuit enim nobis
exemplum talis/ Si quis vestrum habet amicum a quo nocte petet tres
panes cum illi amicus venisset de via, et quod ei apponeret non haberet
Si autem ille respondeat iam se quiescere et servos suos secum, non debere illum
precibus inquietari/ Ille autem pulsando instet et perseveret nec pudore
deterritus abscedat sed necessitate coactus immineat surrecturus illum
et si non propter amicitiam, certe propter illius improbitatem et daturus ei quantos
voluerit/ Quantos autem voluit non plus enim voluit quam tres. In hac ergo
similitudine adiunxit adhortationem dominus et omnino stimulavit nos querere
petere pulsare donec accipiamus quod querimus quod pulsamus. Usus exemplo
a contrario sicut de illo iudice qui nec deum timebat nec hominem reverebatur
et tamen cum eum quedam vidua interpellaret cottidie tedio victus dedit quod

bufiao non potuit inuitus. Dominus autem noster ihesus christus uult nos petitores cui
pre dator. Non utique nos tantum hortaretur ut peteremus nisi dare uellet.
Erubescat humana pigricia. plus uult ille dare quam nos accipere
plus uult ille misereri quam nos a miseria liberari. Et utique si non
liberati fuimus nos miseri remanebimus. Nam ille quod nos hortatur pro
nos hortatur. Euigilemus et hortati credamus promittenti obsequamur
ut ad datorem gaudeamus. Fortassis enim et nobis alius uenit amicus de
via et non inuenimus quod ei apponeremus et necessitatem passi sumus et accepimus
et nobis et illi. Fieri enim non potest nisi ut aliquis passus fuerit amicum ad interro
gantem cui respondere non possit, et tunc se inuenit non habere qui coactus est
dare. Venit tibi amicus de via .i. de vita huius seculi quam omnes ued
peregrini transeunt. Nec ullus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur
Refectus es transi age iter, da venturo locum. Aut forte de via ma
la hoc est de vita mala. Fatigatus nescio quis amicus tuus non inueniens
ueritatem qua audita et percepta beatus fiat sed lassatus in omni cupiditate
et egestate seculi uenit ad te quasi ad christianum et dicit Redde mihi rationem
fac me christianum. et interrogat quod forte tu per simplicitatem fidei
nesciebas et non erat unde reficeres esurientem et te admonitus inuenis
indigentem. Et cum uis docere cogeris discere. Et dum erubescis cum
te interrogauit quod quaerebat non in te inuenire compelleris querere ut
merearis inuenire. Et ubi quaeris nisi in dominicis libris. Fortassis quod ille interrogat
in libro positum est sed obscurum est. Forte dixit hoc apostolus in epistola sua. Sic dixit
ut legere possis intelligere non possis transire non permitteris. Urget
enim interrogator. ipsum paulum aut petrum aut aliquem prophetam interro:
gare non sineris. Iam enim requiescit familia ista cum domino suo
et seculi huius ignorantia ualida est. hoc est nox media. Et urget
amicus esuriens. Tibi forte sufficiebat simplex fides, illi non sufficit
Numquid deserendus est. Numquid de domo proiciendus. ergo ad ipsum dominum,
ad ipsum cum quo familia requiescit pulsa orando pete insta,
Non quomodo amicus ille in similitudine positus tedio uictus surget et dabit
Dare uult tu pulsas nondum accepisti, pulsa dare uult et quod
differt dare uult ut amplius desideres dilatum, ne uilescat cito
datum. Cum autem perueneris ad tres panes hoc est ad cibum et intelligentiam
trinitatis habes et unde uiuas et unde pascas. ne peregrinum uenientem de via
reformidabis, sed excipiendo ciuem domesticum facias. Ne time
as ne finias. Non panis ille finietur sed indigentiam tuam finiet
panis est. panis est deus pater deus filius deus spiritus sanctus. eternus pater
coeternus filius, coeternus spiritus sanctus. Incommutabilis pater, incommutabilis
filius, incommutabilis spiritus sanctus. Creator et pater et filius et spiritus sanctus,
pastor et uite dator pater et filius et spiritus sanctus. Cibus et panis eternus
pater et filius et spiritus sanctus. Disce et doce, uiue et pascere. Deus quod tibi dat
nihil melius quam se ipsum dat. Auare quid acciperes aut si aliud peteres quid est
sufficit tibi deus non sufficit. sed oportet ut habeas caritatem habeas fidem habeas spem

ut possit et dulce esse quod datur. Et hec ipsa tanta sunt fides spes caritas. Et hec
ipsa dei dona sunt. Nam fidem ab ipso accepimus sicut deus inquit unicuique
partitus est mensuram fidei. Et spem ab ipso accepimus cui dicitur In quo spem
dedisti michi. Et caritatem ab ipso accepimus de quo dicitur Caritas dei diffusa est in
cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed hec iterum tria aliquantulum
diversa sunt sed omnia dei dona. Manent enim tria hec fides spes caritas
maior autem horum est caritas. In illis panibus non est dictus aliquis panis maior
aliis sed simpliciter petiti et dati tres panes. Ecce alia tria. Quis est ex vobis
a quo petit filius suus panem numquid lapidem porriget ei. Aut quis est
vestrum a quo petit piscem numquid serpentem porriget ei. Aut a quo petit ovum
numquid porriget ei scorpionem. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona
data dare filiis vestris quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona
petentibus se. Et hec ergo ista tria consideremus ne forte ibi sint illa tria
fides spes caritas maior autem horum caritas. Pone ergo tria panem piscem
ovum maior horum panis. Ideo bene panem intelligimus in his tribus caritatem
propter quod pani lapidem opposuit quia duricia contraria est caritati. Piscem fidem intelligamus.
Dixit quidam sanctus et nobis dicere delectat piscis bonus pia est fides. Vivit
inter fluctus nec frangitur ac dissolvitur fluctibus. Vivit inter temptationes
et tempestates huius seculi pia fides. Sevit mundus et integra est.
Contrarium fidei serpentem illum observa. In fide enim desponsata est illa cui
dicitur in cantica canticorum Veni de libano sponsa mea veniens et pertransiens
ab initio fidei. Ideo et desponsata quia et desponsationis initium fides
est. Promittitur enim aliquid a sponso et promissa fide detinetur. Opposuit autem
dominus serpentem pisci diabolum fidei. Propter desponsate huic dicit apostolus paulus De-
sponsavi vos uni viro virginem castam exhibere christo. Et timeo ne sicut
serpens evam seduxit astutia sua sic et vestri sensus corrumpantur a castitate que
est in christo id est que est in fide christi. Habitare inquit christum per fidem in cordibus vestris. Diabolus
ergo non corrumpat fidem non devoret piscem. Restat spes que quantum michi videtur
ovo comparatur. Spes enim nondum pervenit ad rem et ovum est aliquid sed nondum est
pullus. Quadrupedes ergo filios pariunt aves autem spem filiorum. Spes
ergo ad hoc nos hortatur ut presencia contempnamus exspectemus futura. Que retro
sunt obliviscentes cum apostolo in anteriora extendamur. Sic enim dicit Unum autem
que retro oblitus in ea que ante sunt extentus secundum intentionem sequor ad
palmam superne vocationis dei in christo ihesu. Nichil ergo tam inimicum est spei quam retro
respicere id est in eis rebus que preterlabuntur et transeunt spem ponere sed in his
que nondum data sunt sed dabuntur quandoque numquam transibunt. Cum autem fervet
temptationibus mundus velud pluvia sodoma ut sulphure metuendum
est exemplum uxoris loth. Retro enim respexit et ubi respexit ibi remansit.
In sale versa est ut prudentes condiret exemplo. Apostolus paulus de hac spe
ita loquitur. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem que videtur non est spes.
Quod enim videt quis quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per pacien-
ciam exspectamus. Quod enim videt quis quid sperat. Ovum enim est et pullus

novus est et restitutus est, tectum est novum, quia opus tuum. Tu pacem exspecta,
ferve, instat ut innovescat. Intende, extende in anteriora, obliviscere
praeterita. Quae enim videntur temporalia sunt; quae autem non videntur aeterna. In ea ergo quae
non videntur extende spem, exspecta, sustine. Noli retro respicere ovum
tuum. Scorpium time. Vide quia de cauda percutit, quam retro habet. Non
ergo scorpius perimat ovum tuum, mundus iste spem tuam, ut ita dicam, ve-
neno quo contrario quo ergo. Quantum clamat loquitur mundus, quanta post dorsum strep-
it, ut retro respicias a terrenis praeteritis vel perituris. Non enim dicenda sit pu-
nit unquam in statera spes tua ponatur, et habeo quod promisit Christus et nondum dedit,
sed quia fidelis est dabit. Mutabis animum tamen et vel requiesce in mundo pereunte.
Ideo enim deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, ut alia quaeratur
felicitas, cuius dulcedo non est fallax. Et de ipsis amaritudinibus
conatur mundus avertere ab eo quod intendis in anteriora et retro
convertere. De ipsis amaritudinibus, de ipsis tribulationibus murmuras
et dicis: Ecce pereunt omnia christianis temporibus. Quid strepis? Non hoc mihi
promisit deus quod ista non perirent; non hoc mihi promisit Christus. Aeterna promisit
aeternus. Si credidero, ex mortali fiam aeternus. Quid strepis, o munde
immunde? Quid strepis? Quid avertere conaris? Tenere vis periturus; quid fa-
ceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris?
Ergo si habeo spem, si teneo spem, ovum meum nondum est a scorpione percussum.
Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Nam si benedico quan-
do bene est, et blasphemo quando male est, suscepi scorpionis aculeum, percussus
retro respexi. Quod absit a nobis. Dominus dedit, dominus abstulit; sicut domino
placuit ita factum est; sit nomen domini benedictum. Manet civitas quae nos
carnaliter genuit, deo gratias. Utinam et spiritualiter generetur et nobiscum transeat ad
aeternitatem. Sed non maneat civitas quae nos carnaliter genuit,
manet quae nos spiritualiter genuit. Aedificavit illam dominus. Numquid dormitando
aedificium suum perdidit? Aut non custodiendo hostes admisit? Nisi
dominus custodierit civitatem, in vanum vigilat qui custodit eam. Et quam
civitatem? Non dormit neque dormitabit qui custodit Israel. Quid est Israel
nisi semen Abrahae? Quid est semen Abrahae nisi Christus? Et semini, inquit,
tuo, qui est Christus. Et nobis? Quid nobis ait? Vos ergo Abrahae semen estis, secundum promis-
sionem heredes. In semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes. Civitas sancta,
civitas fidelis, civitas in terra peregrinata, in caelo fundata est. O fi-
delis, noli corrumpere spem, noli amittere caritatem, accinge lumbos
tuos, accende et praetende lucernas tuas, exspecta dominum quando veniat a
nuptiis. Quid expavescis quia pereunt regna terrena? Ideo tibi caeleste promissum est,
ne cum terrenis perires. Nam ista perita praedicta sunt, praedicta omnino. Non enim
negare possumus quod praedictum est. Dominus tuus quem exspectas dixit tibi:
Exsurget gens super gentem et regnum super regnum. Habent mutationes reg-
na terrena. Veniet ille de quo dictum est: Et regni eius non erit finis. Quibus hoc
terrenis regnis promiserunt, non veritate ducti sunt, sed adulatione mentiti sunt.
Poeta illorum quidam induxit Iovem loquentem et ait de Romanis: His
ego nec metas rerum nec tempora pono; imperium sine fine dedi. Non

plane ita rudet veritas. Regnum hoc quod sine fine dedisti, o qui terram
dedisti, in terra an in caelo? Utique in terra. Nam si esset in caelo, caelum et terra
transient. Transient quae fecit ipse deus, quanto magis quod condidit Romulus.
Forte si vellet tunc exagitare Virgilium et insultare ei quare hoc dixit,
ipse tolleret nos et diceret nobis: Et ego scio. Sed quid facerem qui Ro-
manis verba vendebam, nisi hac adulatione aliquid promitterem quod
falsum erat? Et tamen in hoc cautus fui, quando dixi: Imperium sine fine dedi,
Iovem ipsorum induxi qui hoc diceret. Non ex persona mea dixi rem falsam, sed
Iovi imposui falsitatis personam. Sicut deus falsus erat, ita mendax vates erat.
Nam vultis nosse quia ista noveram? Alio loco quando non Iovem lapidem
induxi loquentem, sed ex persona mea locutus sum, dixi: Non res Romanas
perituraque regna. Videte quia dixi peritura regna. Dixit peritura regna. Non
tacuit peritura veritate; non tacuit semper mansura adulatione promisit.
Non ergo deficiamus, fratres. Finis erit terrenis omnibus regnis. Nunc si
finis est, deus videt. Forte enim nondum erit, et infirmitate quadam aut mise-
ricordia aut miseria hoc optamus ut nondum sit. Numquid tamen ideo non erit? Figite spem
in deum, eterna concupiscite, eterna expectate. Christiani estis, fratres, Christiani
sumus. Non ad delicias Christus in carnem descendit; toleremus potius
quam diligamus. Adversorum est manifesta praedicatio, prosperorum fallax blan-
ditia. Tale amate et quam malitia est orbis, non frustra. Audiamus
sursum cor. Quid ponimus cor in terra? Videtis quia evertitur terra.
Non vos non possumus non exhortari ut habeatis quod dicatis et quid pro spe
vestra respondeatis insultatoribus et blasphematoribus nominis Christiani.
Nemo vos murmurando avertat a Christi expectatione futurorum. Omnes
qui per istas adversitates blasphemant Christum nostrum, cauda scorpio-
nis sunt. Nos ova nostra sub alis illius gallinae ponamus, quae in evangelio
clamat urbi illi falsae et perditae: Quotiens volui congregare
filios tuos tamquam gallina pullos suos, et noluisti. Non nobis dicatur:
quotiens volui et noluisti. Illa enim gallina divina sapientia est, sed as-
sumpsit carnem ut pullos congregaret. Videte gallinam hispidam
plumis, dimissis alis, voce fracta et quassa et lassa et languida,
congruere pullis suis. Ovum ergo nostrum, spem nostram, sub alis illius
gallinae ponamus. Animadvertistis forte quomodo gallina conterat
scorpionem. Utinam ergo et istos blasphematores in terra repentes,
de cavernis prodeuntes et male pungentes, ista gallina conterat et
devoret, in corpus suum traiciat et ovum vertat. Non irascantur; commoti
videntur, sed maledicta maledictis non reddimus. Maledicimur et
benedicimus; blasphemati deprecamur. Sed non dicat de Roma domine
de meo. Sic tacebat de Roma, quasi ego insultator sim et non potius
domini deprecator et vester qualiscumque exhortator. Absit a me ut insul-
tem; avertat deus a corde meo et a dolore conscientiae meae. Ibi multos
fratres non habemus? non adhuc habemus? Porro peregrinantis Ierusalem civitatis
non ibi magna degit? non ibi temporalia pertulit? sed eterna non perdidit.
Quid ergo dico cum de eius civitate loquor, nisi quod dicit de Christo nomine quippe

roma pdidit, q dij lapidei roma tuebant z lignei addepotiu
heri adde plg argeti z auri. Idola gencium argentu et auru
no dixit lapib no dixt ligum no dixt testa. s q p magno
hut argetu z auru, ty ypm argetu z auru oclos hut z no
uidet, Dij auei z dij lignei ad ptiu dispares st, z hite oclos
z no nide pares st, Ecce qualib rom docti st hoies, custo
comisunt hutib oculos z no uidetib, Aut si roma suare
potuit q ipi au pierut, inquiut tuc pijt roma ty piert.
No inquiut ipi pierut s simulacra eoz, Cuo g custodiret
tecta rua q no potuit custodire simulacra sua, Allexadra oly
tales deos pdit costatinopol exq codita e i magna ciuitate
cuo a xpano impatore codita e, Oly deos flos pdit z tyt
creuit z cresit z manet qui diu deq uult manet, No eni z
illi ciuitl qz hc dicig etni te pmitting, Cartago i nomie xpi
manet z oliy cusa e qz no fuit celestis s terrestis, z i q ducne
vijj qz qti dijs pdita roma capta e afflicta e, prsq no e
vijj au simulacra ipa cusa st. z ueti st gothi cu vagadaiso.
Meminote fres meminote no e longu paucis anis recorda
mini, Eusis i urbe roma omib simulacris vagadaisus rex
gothoz cu ingeti exercitu ulto amo asite qua alaricq fuit
uenit, paganq ho erat vagadaisus sacrificabat cottidie
Nunciaba uiq q sacrificys no desisteret vagadaisus, tuc
omib istis, ecce nos no sacrificamq ille sacrificat, Vici hemq a
sacrificate quiq no licet sacrificare, Deq g omps q zno istis
sacrificys e salq ipa veq terena mitq e vagadaisq adiu
uate dno mirado mo, postea uenie gothi no sacrificates z si
fide xpana no katholica, ty ydol minci uenit ydol adusans
z ipi repiut uicuit de ydol sinetes z pdita ydola adhuc
qretes z pditi adhuc sacrificare cupietes, Sz ibi erat z mi
z afflicti st s nonaut dice Budicta dmi i omi tpe. Afflicti
st i regno terreo s regnu celoz no pdidimt, ymo ad id
capescendu ab exercitacoe tribulacionu meliores effti st, z si
i tribulacoib no blasphomanit tpm iterq uasa de for
nace exierut z dmita Budicoe repleti st. Isti at blasphe
matores terrena sectates terena desidantes i terrenis spe
ponetes cu ysta uelit nolnt pdidimt, Cu tenebt ubi re
maneBut foris nitq nt manib archa maior tostia
Ubi reges ubi salqubi spes, Romat go desinat blasphe
mare discat adorare scorpij pugetes a gallia tocda
Scorq traiciet comita i tra exptca i celo coronentur,
Itet i ewno s luca Nut uos phizei qz forl e papsidis lanat

Hudistis sem ewn quo dns ihc i eo q phizeus diceBat
sucs Butiq discaos comedat nei tozpi mudatoe puta
ret ee iusticia. Omi eni dic phizei angui pradeuet

abluebat se aq̄ q̄ cottidiana lauacro cordis possit e emundaco
denique et hoc ecce o Ille dicebat qui uidebat. Non eni facies corp
sz interiora cernebat. Denique ut hoc sciatis ille phariseus cui uir̄ x
aput seipm̄ cogitauit. Non uerbo sonuit. Et tn̄ audiuit. Apud
seipm̄ eni reprehendit dn̄m xp̄m qr sic uenit ad conuiuiu ergo illoto
Ille cogitabat hic audiebat id uidebat. Quid ergo uidit
Nunc uos pharisei quod foris e parapsidis lauatis. Intus aut pleni
estis dolo et rapina. Venit ad prandiu quo rogauit hoi a quo
fuerat inuitatus magis obiurgando rogauit ut corrigere indicio
pcēt. Dein quod o uos qr et bap ... adhuc p fide mundat
Fidebat intus enim foris. Vn dr et le i actibus aplorum fide mu
dans corda eorum. Et petrus apls i ep sua ita lo. Sic inquit et
de uos silitudine de arca noe quo acto aie salue fcē sunt
p aquam et adunit. Sic et uos filius for baptisma saluos faciet
no carnis depo sordium sz conscie bone interrogaco. Hac conscie
bone interrogacoem pharisei contempnebat. Et quod erat foris
lauabat. intus iniquitatissimi pmanebat. Et quid eis ait p gra
uiu datur elemosinaz et ecce omia munda sunt uobis. Laudata e
elemosina. Facite et pbate. Sz paulisp attendite. pharisei isti
iudei erant qi egregij iudeorum nobiles erant atqz doctores
tunc pharisei uocabantur bapmo abluti no erant. In xpm filiu
di unigenitu qui inter illos ambulabat et ab eis no agnosce
batur nondum crediderant. Quo eis dr. date elemosinā et ecce
omia munda sunt uobis. Si audiret illu phariseus et daret elemosinas
ia subito ei munda illis erunt omia. quod opus erat ut cre
derent xpo. Si aut munda no possunt nisi credentes. Ieu qui fide
mundat cor. quid e date elemosinaz et ecce omia munda sunt uobis
Nō de faciendi Elemosinaz
Attendamus et forte ipse exposuit. cum h dixisset. sine dubio cogi
tauit illi qui dabat elemosinas Et quo dabat omia sua deci
mabat. de omibus suis fructibus decimā pte detrahebat et
ipam dabat. Non facile ab fratribus xpianus. Ecce q̄d faciebat iudeus
no triticu solu sz et uinu et oleu. nec hoc solu sz et res contempti
biles ppt pceptu di. Cyminu rutā mentā et cunctu totu deci
mabat. decimā pte detrahebat et elemosinas dabat. Credo
ergo quē notauit ad se et putauit dnm xpm inaniter loqui
qi eis qui no faciunt elemosinas cu ipi scirent opa sua qr et
minutissima et contemptibilia fructuu suorum decimabat et
elemosinas dabat. Irrisuit illu aput se etiā dicente qi hoibus qui
elemosinas no faciunt. hoc dns sciens qt adiunxit. Nunc uos
scribe et pharisei qui decimatis cyminu mentā rutā et oe olus
ut sciatis non elemosinas irrisas et ecce iste elemosine sunt nunc iste est decie
et minuta quecumqz et contemptibilia fructuum uestrorum decimatis et re
linquitis grauiora legis. iudiciu et caritatem. attendite reliquistis iudiciu et cari
tate.

et decimatis olera. Non enim hec facit elemosinam, et hunc quod non facit, et illa non
omittere. Quare preteritis iudicium et caritatem et iusticiam et misericordiam, et illa non
omittere. Preterea facite illa scilicet ista proponite. Si hec ita sunt, quid illud dixit:
Facite elemosinas et ecce omnia munda sunt vobis. Quia hec est facite elemosinam,
facite misericordiam. Quia hec est facite misericordiam. Si intelligis, a te incipe. Quo-
modo enim es misericors alteri, si crudelis sis tibi? Date elemosinam et omnia munda sunt vobis.
Facite veram elemosinam. Quia hec est elemosina. Miseria. Audi scripturam: Miserere
anime tue placens deo. Fac elemosinam, miserere anime tue placens deo.
Attendit anima tua. Mendica veni ad conscientiam tuam. Quicumque male
vivis, quicumque infidelis vivis, veni ad conscientiam tuam et ibi invenies
mendicantem animam tuam. Invenies egentem, invenies pauperem, invenies
erumpnosam, invenies forte non egentem sed egestate obmutescentem.
Non sentit medicitatem esuriens iusticiam. Cum inveneris talem animam tuam in tanta
in corde tuo sunt illa. Fac primus elemosinam. Da illi panem. Quem panem?
Si phariseus interrogaret, illi dominus videret. Fac elemosinam cum anima tua.
Hoc enim dixit illi. Si ille non intellexit quid enarravit illis elemosinas
quas faciebat et putabat late transire. Et ait illi: Non quod facitis decimas
mentam et ciminum et rutam, sed ego aliam elemosinam loquor. Contempnitis
iudicium et caritatem. In iudicio et caritate fac elemosinam cum anima tua.
Quid est iudicium? Respice et invenies displicere tibi. Principium iudicium. Et quid est
caritas? Dilige dominum in toto corde tuo et in tota anima tua et tota
mente tua. Dilige proximum tuum sicut te ipsum. Et fecisti misericordiam primus
cum anima tua in consciencia tua. Hanc autem elemosinam si pretermittitis,
quantum vis dona quantum vis retrahe de fructibus tuis non decimas
quantum vis michil facis
mansas sed dimidias non ceptas da et in malis dimitte, michil facis
quando tecum non facis quia tecum pauperes. Anima tua nescit ne facere peccat
da illi panem. Quem panem? Ipse tecum loquitur, tu si audires et intel-
ligeres et crederes dominum ipse diceret: Ego sum panis vivus qui de celo
descendi. Nonne istum panem primum dabis anime tue et facies cum illa
elemosinam? Ergo credis debes facere primus pasca animam tuam.
Crede in christum et mundabuntur que intus sunt et que foris sunt munda
erunt. Conversi ad dominum deum patrem omnipotentem puro corde ei gratias
pro parvitate nostra maximas agamus, vias gentes vestram preces
per pietatis nostra maximas agamus, veras gratias referamus precantes | Clausula generalis ad omnes sermones.
toto animo singularem mansuetudinem eius, ut preces nostras in beneplacito
suo exaudire dignetur. Inimicum quoque a nostris actibus et cogitationibus | Sur 13
sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet,
spirituales cogitationes concedat et ad beatitudinem suam perducat.
Amen. De arbore ficulnea que fructum habebat et fructum non afferebat. | 8.

De arbore ficulnea ait et de muliere que decem et octo annos
habebat infirmitatem. Quid dominus donavit audite. Arbor
ficulnea genus humanum est. Triennium autem tria sunt tempora:
unum ante legem, alterum sub lege, tercium sub gratia. Non enim oportunum fuit
arbor ficulnea intelligatur genus humanum. Primus enim homo qui peccavit
foliis ficulneis pudenda velavit, et velavit unde nati sumus membra.

Que enim an peccatum fuerant glandia, post peccatum pudenda sunt facta
Denique ante mundi erant et non confundebant. Non enim erat unde erubes-
cerent quia peccatum non precesserat nec poterant de sui creatoris opibus
erubescere quia operibus creatoris sui bonis nullum adhuc malum opus
suum miscuerat. Non dum enim manducauerant de ligno scientie boni et
mali. Postquam manducauerunt prohibiti fuerant. Postea ergo quia manducauerunt et
peccauerunt natum est de illis genus humanum. id est homo de homine obnoxius de
debitore mortalis de mortali peccator de peccatore. Hos ergo appellat in
hac arbore qui per omne tempus fructum dare noluerunt quia propter hoc imminie-
bat securis radicibus arborum infructuosarum. Intercedit colonus
differtur supplicium. ut adhibeatur auxilium. Qui autem intercedit colonus est
Omnis sanctus qui intus ecclesiam orat pro eis qui sunt extra ecclesiam. Et quid orat
Domine dimitte illi et hoc anno id est tempore isto sub gratia pro peccatoribus pro
infidelibus pro sterilibus pro infructuosis. Circumfodio ei et adhibeo
cophinum stercoris. si fecerit fructum bene. sin autem ueniens et amputabis
eam. Venies quando in iudicium uenies. quia uenturus es iudicare uiuos et
mortuos. Interim modo parcatur. Quid est autem fossa. quid est circumfodere nisi humi-
litatem et penitentiam docere. fossa enim humilis terra. Cophinum stercoris in
bono intellige. sordes sunt. sed fructum dat. sordes cultoris. dolor est
peccatoris. Quam agunt penitentiam in sordibus agunt si tamen intelligat
et ueraciter agat. Huic ergo arbori dicitur agite penitentiam appropinquauit enim
regnum celorum. Quid est mulier decem et octo annos habens in infirmitate.
Sex diebus deus perfecit opera sua. Ter seni decem et octo faciunt.
Quod ergo sunt tres anni in arbore hoc decem et octo in illa muliere. Curua
erat sursum aspicere non poterat quia sursum cor sine causa audiebat.
sed erexit eam dominus. Est ergo spes sed filius quousque ueniat dies in-
dicii. Multum est homo dat. Et quid est homo. iustus homo. magnum autem est homo
sed et iniustus homo. gratia dei est iustus homo. Magnus est homo. nisi quia memor es eius.
Vis uidere quid est homo. Omnis homo mendax. Cantauimus Exurge
domine non preualeat homo. Nonne apostoli homines erant. Nonne martires homines
erant. Ipse dominus ihesus deus esse non desistens homo esse dignatus est. Ergo
Exurge domine non preualeat homo. Omnis homo mendax. Exurge
ueritas non preualeat falsitas. Homo ergo si uult esse ad bonum non sit de
suo proprio. Si enim de suo esse noluerit mendax erit. si uerax esse noluerit
de dei non de suo erit. Ergo exurge domine non preualeat homo.
Tantum ualuit mendacium ante diluuium ut post diluuium octo anime
remansissent. post istos terra rursus impleta est hominibus mendacibus
et electus est populus dei. facta sunt multa miracula. prorogata diuina beneficia
ad terram promissionis perductus est ab egyptiorum seruitute liberatus
prophetis illo excitati sunt. templum accepit. sacerdotium accepit
unctionem accepit legem accepit. Et de ipso postea dictum est. Filii ali-
eni mentiti sunt mihi. Ad eos enim missus est ille per prophetas ante promissus. Non
preualeat homo. uel quia deus factus est homo sed et ipse factus ubi diuina contemptus est.
pro tantis tam multa beneficia contemptus est flagellatus est suspensus est.

hunc quippe praevaluit homo dei filium comprehendere et flagellare dei filium
spinis coronare et ligno suspendere. Tamdiu praevaluit homo, sed quousque
nisi quousque depositus de ligno positus est in sepulcro. Si ibi remansisset
tunc homo praevaluisset. Ergo prophetia ista et ipsum dominum Ihesum alloquitur dicens
Exurge domine non praevaleat homo. Dum in carne venire dignatus verbum
caro factum, verbum super nos, caro inter nos, verbum caro inter deum et homines,
virginem unde nascereris, sed tamen elegisti virginem concipiendo incesti.
natus virginem reliquisti, sed non agnoscebaris, apparebas et late-
bas; apparebat infirmitas, latebat potestas. Hoc totum factum est ut
sanguinem funderes, quod est pretium nostrum. Fecisti tanta miracula, in
valitudinibus egrotorum sanitatem dedisti, beneficia multa praestitisti et
recepisti mala pro bono. Insultatum est tibi, pependisti in ligno, agitatum est
ante te caput ab impiis et dictum est: Si filius dei es, descende de cruce.
Itane tu perdideras potentiam, an potius demonstrabas patientiam? Et tamen illi
insultaverunt et tu illis orasti; tu illi de occiso quasi victores dis-
cesserunt. Et tu in sepulcro iaces. Exurge domine non praevaleat homo.
Non praevaleat impius inimicus, non praevaleat caterva iudeorum. Tu cum
crucifigereris, praevaluisset tunc ipsa caterva iudeorum. Exurge domine non prae-
valeat homo. Factum est quod factum est. Et quid restat? Ut iudicem te re[...] in
tu tuo resurrexisti, cum sicut noster ascendit in caelum, unde venturus
es iudicaturus vivos et mortuos. Haec arbor infructuosa non
derideas quia pater est. Dilata est securis, noli esse secura. Veniet et
amputaberis. Crede quia ventura sunt. Ista omnia quae vides non erant:
prophetiis propheta toto orbe terrarum aliquis non erat; in prophetia legebantur,
tantum non videbantur; modo autem et leguntur et videntur. Ipsa ecclesia sic est completa.
Non ei dictum est: Vide filia et audi, sed audi et vide. Audi praedicta, vide
completa. Quando ergo fuerunt, Christus non erat natus de virgine: promissus est
et natus est. Non fecerat miracula: promissa sunt et facta. Nondum erat passus:
promissum est et factum est. Nondum resurrexerat: promissum est et impletum est.
Nomen eius per totum mundum non erat: praedictum est et impletum est. Ydola
deleta et fracta non erant: praedictum est et impletum est. Heretici impug-
natores etiam non erant: praedictum est et impletum est. Sed et dies iudicii
nondum est, sed quia praedictum est implebitur. An forte est ut qui in tantis verus
apparuit, de die iudicii mendax sit? Promissorum suorum nobis ciro-
graphum fecit non debendo, cum sed promittendo debitorem se fecit, de-
i. non mutuo accipiendo. Non possumus ergo ei dicere: Redde quod accepi-
sti, sed plane dicimus: Redde quod promisisti. Inde namque est quod cottidie
audemus dicere: Adveniat regnum tuum. Ut advenientem regno
cui et nos cum illo regnemus. Quod nobis his verbis promissum est te-
dicta illis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis
paratum est ab origine mundi. Ergo plane si fecimus quod iussit, exigimus
et deum tum cum advocatis quod promisit patribus nostris, sed cautor fecit qua-
loquimur, et nos si faciat nobis verum quod dignatus est facere cautus
et dicat: Legite debita mea. Haec est debita promissionum mearum et

computate que reddidi. computate et quid deo. Ecce quam multa
reddidi mortuum est quod deo, pro modico quod restat infidelem
me promissorem esse putabitis. Et videmus quia manifestissima videntur
Ergo quisquis sibi bene agat penitentiam et faciat fructum dignum penitentie
qui currunt enim ut terram intueatur. terrena feliciter licet ista sola
putat esse habitabilem tamquam ubi beatus esse possit aliam non credit. Quamvis
tamen tam currimus et erga, si perceperimus non potest mouere dominum. Nunquid etiam
et illud quod perceptum certa est velle esse si manum eum porrexisset.

Luce 13 Dixerunt discipuli ad ihesum. Domine si pauci sunt qui salvantur. Et dominus
Contendite intrare per angustam portam.

Tria sata farine de quibus dominus loquebatur genus humanum est.
Recolite diluuium. unde cetera reparantur tres remanserunt.
Tres filios habebat noe de quibus reparatum est genus humanum.
Mulier sancta que abscondit fermentum sapientia est. Ecce clamat orbis
totus in ecclesia dei. Ecce cognovi quia magnus est dominus. Ecce pauci sunt
qui salvantur. Recolitis questionem de euangelio nobis modo propositam. Domine
domine si pauci sunt qui salvantur. Dominus ad hoc quid. Non ait non pauci sed
multi sunt qui salvantur. Non hoc dixit. Sed quid dixit. Cum audisset si pauci
sunt qui salvantur. Contendite inquit intrare per angustam portam. Cum
audistis. ergo pauci sunt qui salvantur. Confirmavit dominus quia audivit
per angustam portam pauci intrant. Alio loco ipse hoc ait. Arta via
est et angusta que ducit ad vitam et pauci sunt qui ingrediuntur per
illam. Lata ergo et spaciosa via est que ducit ad interitum et multi sunt
qui ambulant per illam. Quid gaudemus ad multitudines. Audite
me pauci. Scio quia multi auditis et pauci obauditis. Aream
video grana quero et vix videntur grana cum area trituratur. Sed futurum
est ut ventiletur. Pauci ergo qui salvantur in comparatione multorum
pereuntium. Nam ipsi pauci magnam massam facturi sunt. Cum venerit ven-
tilator habens ventilabrum in manu sua mundabit aream suam
frumentum recondet in horreum paleam autem comburet igni inex-
tinguibili. Non subsannet palea granum. hic verum loquitur neminem fallit.
Estote ergo inter multos multi. Sed in comparatione quorumdam multorum
paucorum. Tanta massa processura est de hac area ut compleat
horreum celi. Non enim sibi est contrarius dominus ihesus qui dixit pauci sunt
qui intrant per angustam portam. multi per latam viam pereunt. Et
idem est qui alio loco dixit. Multi ab oriente et occidente
venient. Multi ergo pauci et pauci multi. Alii ergo pauci.
alii multi. Non sed ipsi pauci qui multi. pauci in comparatione perdi-
torum. multi in societate angelorum. Audite karissimi. hoc habet scriptum apoka-
lipsis. Post hoc vidi ex omni gente et lingua et tribu venientes cum stolis
albis et palmis. multitudinem quam dinumerare nemo poterat. Hec est
massa sanctorum. Quanta clarior videbitur cum area ventilata a
turba impiorum et malorum falsorumque christianorum segregata ad ignes
eternos separatis hiis qui premunt non tangunt. Mulier enim quedam fimbriam
tangebat turba christum premebat. Ecce rogat ... omnibus dampnandis

Salvantur pauci comparatione perditorum
multi in societate angelorum

massa purgata stans ad dexteram, nullum timebis nisi malorum
nullum times pro te bonum regnatam cum Christo quanta fiducia dicimus et
Ego cognovi quia magnus est dominus, Ergo fratres in ignis loqui
si agnoscitis, quid dico predestinati in vita eterna operibus loquar
non vocibus, Cogimur loqui vobis quod non debemus, Invenimus ei
in vobis debemus quod laudare eum non quis et quod amovere eum Ecce
tum bene dico non immoror. Agnoscite hospitalitatem, per hanc pervenitur
est ad deum Suscipis hospitem cuius et tu es comes in via, quia omnes
peregrini sumus. Ipse est christianus qui etiam in domo sua peregrinum se esse cognoscit.
Via nostra sursum est ibi hospites non erimus, Nam unusquisque habet
in domo sua hospes est si non est hospes non inde transeat, si transiturus
est hospes est non se fallat hospes est, velit nolit hospes est, Sed
dimittit illam domum filiis suis, hospes hospitibus dimittit. Si in stabulo
si esses non alio loco venientem discedes. Hoc facit in domo
tua. Cessit locum pater tuus, cessurus es locum filiis tuis, nec
mansurus manebunt in mansione relinques. Si omnes transimus ad
quod transire non potest operemur ut cum transierimus et illuc venerimus ubi
non transeamus opera nostra bona ibi inveniamus. Custos est Christus quid times
ne perdas quod erogas? Commendasti ad deum. Item in evangelio.
Homo quidam fecit cenam magnam &c. 10

Hectiones sacre proposite sunt et quas audiamus et de quibus ad sermonem
adiuvante domino proferamus In lectione apostolica sive agnovit
domino de fide sentimus uterque deo quia ipse fecit nos. In psalmo diximus
Deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus. In
evangelio ad cenam vocati sumus, Immo alii vocati, nos non vocati
sed ducti non solum ducti sed et coacti. Sic enim audivimus quia homo quidam
fecit cenam magnam, Quis est iste homo nisi mediator dei et hominum
homo Christus Ihesus, misit ut venirent invitati quia iam hora venerat ut venirent,
Qui sunt invitati nisi per premissos vocati prophetas. Ecce
olim ex quo mittuntur prophete invitat ad cenam Christi, Mittuntur
ergo ad populum Israel. Sepe missi sunt sepe vocaverunt ut ad horam
cene venirent, Illi autem invitatores acceperunt cenam repudiaverunt,
Cum invitatores acceperunt, cenam repudiaverunt, prophetas legerunt
et Christum occiderunt, sed quod occiderunt, tunc nobis cenam nescientes parave-
runt, parata iam cena, immolato iam Christo, post resurrectionem Christi recommen-
data sunt fideles cena domini eius sed manibus et ore firmata, mis-
si sunt apostoli ad quos missi fuerant ante prophete, Venite ad cenam
et excusaverunt qui venire noluerunt, Quomodo tres sunt excusatores
Unus dixit villam emi eo vide illam, habe me excusatum. Alius dixit
Iuga boum emi quinque volo probare ea, habe me excusatum. Tertius dixit
Uxorem duxi habe me excusatum venire non possum. Putamus non iste
excusatores qui impediunt homines omnes quos ad istam cenam venire
delectat quantumcumque eas discutiamus, videamus sed ut caveamus. In villa

1. empta dominacio notatur quo superbia castigatur. Hec enim villa tenere possi-
dere homines et in villa subdere dominari delectatur. Incipit malum vicium superbie
primus enim homo dominari voluit qui dominum habere noluit. Quid est dominari
nisi ipsa potestate gaudere. Est maior potestas illi subdamur ut tuti esse
valeamus. Villa enim hec me excusatum iuncta superbia venire noluit.
2 Alius dixit quinque iuga boum emi. Nonne sufficiunt boves enim aliqui
parabolam est et quod nos ad querendum et intelligendum obscuritate sui pro-
vocat. Et quia clausum est ut pulsemus hortatur. Quinque iuga boum
sensus carnis huius quinque intelliguntur. Sensus carnis hos quia omnibus notum est
et qui forte non adverterunt commoti sine dubio recognoscunt.
Sensus ergo carnis hos quinque inveniuntur. In oculis visus est, auditus in
auribus, odoratus in naribus, gustus in faucibus, tactus in omnibus membris.
Alba et nigra et quoquo colorata lucida et obscura videndo sentimus.
Rauca et canora audiendo sentimus. Suave olencia et graviter olencia
odorando sentimus. Dulcia et amara gustando sentimus. Dura et
mollia lenia et aspera calida et frigida gravia et levia tangendo sentimus.
Quinque sunt et iuga sunt. Sed quia iuga sunt in tribus prioribus sensibus facilius apparet.
Duo sunt oculi, due aures, gemine nares. Ecce tria iuga. In faucibus
id est sensu gustando geminatio quedam invenitur quia non gustando sapit
nisi lingua et palato tangatur. Voluptas carnis que ad tactum
pertinet occultius geminatur. Est enim foris et intus. Ergo et ipsa
geminata est. Quinque boum dicuntur iuga quia per istos sensus carnis terrena requi-
runtur. Boves enim terram versant. Et aut homines remoti a fide terrenis
dediti carnalibus occupati nolunt credere aliud nisi ad quod sui
sensus carnis quinque pertito pervenerunt. In eis quinque sensibus tocius vite sue
regulas ponunt. Non unquam credo ego nisi quod video. Ecce quod
video, ecce quod scio. Album est, nigrum est, rotundum est, quadratum est,
sic vel sic coloratum est. Novi sencio teneo natura me docet. Non credere
cogor quod michi non potes ostendere. Vox est sencio quia vox est. Bene can-
tat male cantat, suavis est, rauca est. Novi scio pervenit ad me.
Bene olet male olet sencio scio. Hoc dulce est hoc amarum hoc salsum
hoc fatuum. Quid vis plus dicas nescio. Tangendo novi quod durum est
quid molle sit quid lene sit quid asperum sit quid caleat quid
frigeat. Quid michi plus demonstraturus es. Tali impedimento tenebatur
apostolus noster Thomas qui de domino Christo id est de eius resurreccione non solis
oculis credere voluit. Nisi misero inquit digitos meos in locum clavorum
et vulnerum loca et nisi manum meam in latus eius misero non credam. Et
dominus qui potuit sine ullo vestigio vulneris resurgere servavit
cicatrices que a dubitante tangerentur et cordis vulnera sanarentur.
Et tu vocatus ad cenam qui excusacionem quinque iugorum boum
pretendis quo non videt et credunt. Nos fratres mei ad cenam voca-
ti, ista quinque iuga non sumus impediti. Non enim facie carnis dominum
videri hoc tempore concupivimus. Audivimus ex ore carnis illius predicatorem
auribus amittere desideravimus. Nullum in hoc temporale odorem quesivimus

perfudit cum quedam mulier preciosissimo unguento domus illa adeo com-
pleta est, sed nos ibi non fuimus. ecce non olfecimus et credimus. Cenam
manibus suis consecratam distribuit dominus, sed nos illo convivio non discu-
buimus et tamen ipsam cenam fide cotidie manducamus. Nec magnum pu-
tetis illa cena quamvis suis manibus dominus sine fide interfuisse.
Melior extitit fides postea quam tunc perfidia. Non ibi fuit paulus
qui credidit, ibi fuit iudas qui tradidit. Quam multi et modo in ipsa
cena quamvis illam tunc mensam non viderint nec panem quem dominus gestavit
in manibus oculis suis aspexerint vel faucibus gustaverint, tamen quia ipsa est
que nunc preparatur [?], quam multi et nunc in cena ipsa iudicium sibi manducant
et bibunt. Verum attamen occasio nata est domino ut de ista cena loqueretur.
Dixerat unus de discumbentibus in convivio cum eo quo fuerat invitatus:
Beatus qui manducat panem in regno dei. Quasi in longinquo ista suspirabat
et ipse panis ante illum discumbebat. Quis est panis de regno dei
nisi qui dicit: Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Noli parare fauces
sed cor. Inde commendata est ista cena. Ecce credidimus in christum,
cum fide accepimus. In accipiendo novimus quid cogitemus. Modi-
cum accipimus et in corde saginamur. Non ergo quod videtur sed quod creditur
pascit. Non ergo et nos sensum illum exteriorem quesivimus nec diximus: crediderunt
qui dominum ipsum resurgentem, si unum est quod viderunt oculis, manibus
palpaverunt. Nos non tangimus quod credimus. Si talia cogitamus, per
illa quinque iuga boum ad cenam impedimur. Ut noveritis fratres istorum quinque
sensuum non delectationem que permulcet et ungit notatam [?], sed curiositatem quandam
notatam fuisse. Non ait quinque iuga boum emi, eo pascere illa, sed eo
probare illa. Qui vult probare per iuga boum non vult dubitare,
sicut thomas per ista iuga noluit dubitare. Videam, tangam, digitos
mittam. Ecce inquit mitte digitos tuos in latus meum et noli esse
incredulus. Propter te percussum locum quem vis tangere, sanguinem fudi
ut te redimerem, et adhuc dubitas de me nisi tetigeris me?
Ecce et hoc presto est, et hoc exhibeo: tange et crede. Inveni locum vul- 3.
nus sanamus [?] dubitationis. Uxorem duxi, uxorem duxi. Ista
voluptas est carnis que multos impedit. Utinam foris et non intus.
Sunt homines qui dicunt: Non est homini bonum nisi adsit carnis delectatio.
Ipsi sunt quos notat apostolus dicens: Manducemus et bibamus, cras enim
morimur. Quis hinc inde surrexit? quis nobis quid ibi agatur dixit?
Hoc nobiscum tollimus quod hic tempore bene est nobis. Qui hoc dicit uxorem duxit,
carnem amplexatur, carnis voluptatibus iocundatur, a cena excusatur.
Observate ne fame interiore moriamini. Attendite sanctum Iohannem apostolum
terrentem: Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. O qui ad cenam
domini venitis [?]: nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Non dixit
nolite habere, sed nolite diligere. Habuisti, possedisti, dilexisti.
Amor rerum terrenarum viscum est spiritalium pennarum. Ecce concupisti,
hesisti. Quis dabit mihi pennas sicut columbe? Quando volabis ubi vere quiescas,
qui hic ubi male hesisti perverse requiescere voluisti? Nolite diligere mundum

neque ea que in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum non est caritas patris in illo
quoniam omnia que in mundo sunt concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum
et ambitio seculi. Ab his tribus cepit quod ewangelium enumeravit. Unde ille cepit
ubi ewangelium enumerans posuit. Concupiscentia carnis uxorem duxi. Concupiscentia
oculorum iuga boum emi quinque. Ambitio seculi villam emi. Ideo autem a parte
totum per quinque oculos commemorati sunt. Isti sunt sensus quia oculorum est quinque
sensibus principatus. Propterea cum proprie pertineat ad oculos visus ipsum videre per
sensibus principatus per quinque sensus solemus appellare. Quomodo proprie ad ipsos pertinet dicimus
omnes quinque sensus solemus appellare. Quomodo primo quod ad ipsos pertinet dicimus
vide quam candidum est. intende et vide quam candidum est. hoc ad oculos
pertinet. Audi et vide quam canorum est. Numquid consimiliter potest dici Audi et
vide quam candidum est. hoc quod dicitur vide per omnes sensus currit. Ceterorum autem
vide quam canorum est. Intende et vide quam canorum est
sensuum propretas non presumit vide quam suave est. gusta et vide quam dulce est. tange et
odora et vide quam suave est. Utique quinque sensus sunt sic potius dicimus quam audi et senti
vide quam molle est. Utique quinque sensus sunt sic potius dicimus quam audi et senti
quam canorum est. odora et senti quam suave est. gusta et senti quam dulce
quam calidum est. palpa et senti quam molle est. Non hoc
est. tange et senti quam calidum est. palpa et senti quam molle est. Non hoc
dicimus. Post resurrectionem cum apparuit discipulis suis cum adhuc
tremerent, ipse dominus post resurrectionem cum apparuit discipulis suis cum adhuc
turbaverit in fide putantes se spiritum videre. Quid turbati estis
et quare cogitationes ascendunt in corda vestra. Videte manus meas et
pedes meos. et palpate et videte. tangite manus et palpate et videte
Intendite et videte palpate et videte. Non solum oculis videte et omnibus
sensibus videte. Quamvis fidem quidam quesierat exterioribus corporis
sensibus adiacebat. Nos vero ab isto exterioribus sensibus in duo carnis
auditu audivimus corde credidimus et ipsum auditum non ab illius
ore sed ab ore predicatorum eius. ab ore illorum qui iam cenabant et
nos invitando invitabant. Tollamus ergo de medio excusationes
vanas et malas et veniamus ad cenam qua intus saginemur.
Nos non impediat extollentia superbie. Nos non extollat. nec
nos impediat illicita curiositas a deo. Non nos impediat voluptas
carnis a voluptate cordis. Veniamus et saginemur. Et qui venerunt
nisi mendici debiles claudi ceci. Illic autem non venerunt divites
sani qui bene ambulantes et acute cernentes. multum de se presu-
mentes et ideo desperatiores quanto superbiores. Veniant mendici
quia ille invitat qui propter nos pauper factus est cum dives esset ut illius
paupertate mendici ditaremur. Veniant debiles quia non est opus sanis
medicus sed male habentibus. Veniant claudi qui ei dicant. Compone
gressus meos in semitis tuis. Veniant ceci qui dicant Illumina
oculos meos ne umquam obdormiam in morte. Tales venerunt
ad horam illis prius invitatis sua excusatione probatis. Venerunt
ad horam intraverunt de plateis et vicis civitatis. Et cum huius qui missus
erat dixit. Domine factum est ut imperasti. et adhuc locus est. Exi in vias
et sepes et quos inveneris cogemus intrare. Quos inveneris ut digneris
nolite expectare ut velint. coge intrare. magna cena. magna domus patris
non ibi patitur locum vacare. Venerunt de plateis et vicis gentes
veniant de sepibus heretici hic pacem inveniunt. Nam sepes qui construunt
divisiones querunt. trahantur a sepibus. evellantur a spinis. In sepibus heserunt

cogi noluit, voluntate inquit mea intravi. Ideo hic dominus imperavit
Coge intrare, ut foris inveniat(ur) voluntas nascitur intus vos.
Item de eodem secundum Lucam Homo quidam habuit duos filios.

In laude eadem qua audivimus de homine dominum esse qui habuit
duos filios, Deinde filius minor qui voluit in potestate sua habere
substantiam que illi apud patrem optime servabatur. Factus sue potestati
profectus est in regionem longinquam, hoc est prorsus a patre malo et porcos
pavit, fame correptus est, qui saturatus super abscessit. Ergo
quisque ita vult similis esse deo ut ad illum stet fortitudinem quam
suam sicut scriptum est ad illum custodiat non ab illo recedat ei co-
herendo signum quoddam ex anulo fidei adfixus habeat ymaginem eius
faciens quod dominus est. Auctoritate ad herere deo bonum est ut custo-
diat similitudinem et ymaginem ad quam factus est. Porro autem si
perverse vult imitari deum ut quomodo deus non habet alium a quo formetur
non habet a quo regatur. Sic ipse velit sua potestate uti, ut quomodo deus
nullo regente vivat, Quid restat fratres nisi ut recedens ab eo
calore torpescat, recedens a veritate vanescat, recedens ab
eo quod summe atque incommutabiliter est deterius mutatus deficiat.
Hoc diabolus fecit. Imitari deum voluit, sed perverse non esse sub illius potestate
sed habere contra illum potestatem. Homo autem positus sub precepto audivit a domino
deo Noli tangere inquit hanc arborem. Quid est cum illa arbor
si bona est quare non tango, si mala est quid facit in paradyso. Propterea
si bona est quare non tango, quia bona est sed nolo tangas. Quare non tango quia
ideo est in paradyso quia bona est sed nolo tangas. Quare non tango quia
obedientem te volo non contradicentem. Serve audi adhuc, sive sciendo
male, serve audi. Prius domini iussum et tunc invenies discere
consilium. Bona est arbor nolo tangas. Quare quia dominus sum et tu
servus es. Hec tota causa est. Si parva est dedignaris esse servus. Quid autem tibi
expedit nisi esse sub domino, quomodo eris sub domino nisi fueris sub precepto.
Porro si expedit tibi esse sub domino et sub precepto quid est nisi ut serviat
deus. Quid enim quid abste. Offer in sacrificium deum, et tibi nomen
ipse facit hominibus quem te fecit. Obsequium in deum est tibi sive ad
lecum cum requiescis sive ad mensam cum reficis, sive ad balneum
cum lavas. Ergo abstinet indiget deus? Nunquam ergo tibi debuit iubere
si aliter debuit ad iubendum te quod tibi expedit sentires esse do-
minum. Ab aliquo reprehendus eras non propter illius arboris maliciam
sed propter tuam obedientiam non potuit deus perfectius demonstrare quantum sit
bonum obedientie nisi cum prohibuisset ab ea re que non erat mala in-
qua obedientia tenet palmam sola, ibi inobedientia invenit penam. Bona
est sed nolo tangas. Non enim non tangendo moriturus eras. Numquid quando hoc
prohibuit alia subtraxit. Nonne est paradysus fructuosus plenus arbo-
ribus. Quid tibi deest hanc nolo tangas. Hinc nolo gustes. Bonum quidem sed
obedientia melior est. Proinde cum tetigeris numquid arbor illa malum nocet
ut moriaris, sed inobedientia te subicit morti quia prohibita tetigisti. Ideo
arbor ista appellata est sciendi dinoscendi boni et mali, non quia inde
talia que poma pendebant, sed quia que esset arbor in qua talia poma talis fuisset

Ido sic notata e q2 ho qui nollet bonu a malo distinguere p preceptu
discatur erat p expimentu ut tangendo vetitu incurret supplicium
Cu ergo tetigit fructus mei quid illi deerat dicatur nd q2 illi deerat i
paradyso constituto i m[illegible]a opulenciis mediis q2 delicijs cui magne
delicie erat i paradiso dicitur sic facie q2 timuit timuit post peccatum
Quid illi deerat ut tangeret nisi q2 sua ptate uti voluit preceptum
rupe delectatus ut nullo eius dominante fieret sicut deus q2 deo n9
utiq2 dominatur male elevatus male psumens futurus mortuus rete
dendo amita iustitie Ecce solvit peccatum excussit a cervice iugum
dedo amita iustitie habenas non cessit libidini et exultavit animositate
discretus habenas non cessit et libidini et exultavit animositate
disrupit ubicumq2 est ecce captivus clamat Dne quis similis tibi volui
esse p me similis tibi et servus sum similis peccatori Sub tua dominatione sub tuo
precepto vere liber eram Sz ho i honore positus non intellexit comparatus e
iumentis insipientibus et similis factus e illis Iam de similitudine inimicorum cla
ma servo et dic Dne quis similis tibi et quantas ostendisti mihi tribulationes multas
et malas Quito superbe sine voluisti eum superbe similis esse dominatui tuo
quisitus eras ad ymaginem domini tui Bonum tibi velles ut ita esses
recedenti ab illo bono prius dico q2 deus Si recedis a me et bonum et
ego non sum bonum tuum Inde si e bonus et nullo alieno bono bonus
et ipsum bonorum summum nunc recedendo inde quid est nisi malum Et si
ipse beatitudo mea quid est recedenti nisi miseria Redi ergo p9 miseria
et dic Dne quis similis tibi et quantas ostendisti mihi tribulationes multas et
malas Sz dictum fuit ammonitione de ecclesia Deniq2 gratias agens
quid dicit Et conversus vivificasti me et de abyssis terre iterum redu
xisti me Quantum enim antea Quia e hoc Iterum recidisti o ho ab altitudine
mancipium inobediens superbe adusq2 deum recidisti Factum est i te
Omnis qui se exaltat humiliabitur Effectum est i te cum se humiliat exal
tabitur Redi de profundo Redeo inquit recedo agnosco Deus quis
similis tibi et quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas et quasi vi
vificasti me et de abyssis terre iterum reduxisti me Intelligo audio
Reduxit te de abyssis terre reduxisti eum de abyssis terre reduxit
a profundi et submisione peccati Sz quare iterum quia iam semel erat sequitur
Re forte postea ipse exponat nobis quod h9 intelligimus
Ch dicitur ergo audiamus Quantas ostendisti mihi tribulationes multas
et malas et quasi vivificasti me et de abyssis terre iterum reduxisti me
Ch deinde multiplicasti iustitiam tuam et quasi consolatus es me et de
abyssis terre iterum reduxisti me Ch deinde sic hoc iterum solve labo[illegible]
sed potius quibus potest solvere geminatum Ia ypm iterum geminatum e
et iterum positum est ita ad hoc a quo gratia absit brachium quod ante
tempus positum est iterum ad hoc ipse quod clausum sacrum aperiat
Sermo de eximio scriptura Facite vobis amicos de mammona iniquitatis
Quoniam ammonemur Ammone deinde hortatus est nos a domino
facere amicos de mammona iniquitatis ut eos qui faciunt et ipsi
recipiant in tabernacula eterna Quisquis qui habet tabernacula eterna
nisi sancti et qui sunt qui ab ipsis accipiendi sunt in tabernacula eterna

nisi qui corporis indigentie serviunt et quod eis opere exhylarati submiserunt.
Recordemur ergo in novissimo iudicio dominum esse dicturum eis qui stabunt
ad dexteram eius. Esurivi et dedistis mihi manducare et cetera que nostis.
Et tunc illi querunt quando ei obsequia ista prebuissent. Unde. Quamdiu uni ex
minimis meis fecistis. Isti minimi sunt qui excipiunt in tabernacula eterna.
Hoc dixit dextris quod fecerunt, hoc dixit sinistris quod facere noluerunt. Sed
dextris quid fecerunt quid acceperunt, vel potius quid accepturi sunt.
Venite inquit benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a con-
stitutione mundi. Esurivi enim et dedistis mihi manducare. Quamdiu uni ex
minimis meis fecistis mihi fecistis. Minimi ergo qui sunt Christi. hii illi sunt qui
omnia sua dimiserunt et secuti sunt eum. Et quicquid habuerunt pauperibus distri-
buerunt ut deo sine seculari compede expediti servirent. Et omnibus
mundi liberatos oneribus pennatos sursum humeros tollerent. hii sunt
minimi. Quare minimi quia humiles quia non elati non superbi. Appende in-
nos istos et quo pondere invenies. Sed quid est quod ait eos esse amicos
de mammona iniquitatis. Quid est mammona iniquitatis. Primo quid est
mammona verbum est. Etenim quod latinum est hebreum non est, cognatum
lingue punice. Iste enim lingue significationis quadam vicinitate sociantur.
Quod punici dicunt mammon latine lucrum vocatur, quod hebrei mammona
dicunt latine divitie nuncupantur. Ut ergo latine totum dicamus ait dominus
Ihesus Christus: facite vobis amicos de divitiis iniquitatis. Hoc quidam male
intelligendo rapiunt res alienas et aliquid inde pauperibus largiuntur
et putant se facere quod preceptum est. Dicunt enim rapere res alienas ma-
mona est iniquitatis. Erogare inde aliquid maxime egentibus sanctis hoc est facere
amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iste corrigendus est, immo de
tabulis cordis vestri omnino delendus. Nolo sic intelligatis. De iustis
laboribus facite elemosinas. Ex eo quod recte habetis date. Non enim corrup-
turi estis iudicem Christum ut non vos audiat cum pauperibus quibus
tollitis. Si enim depredaris aliquem invalidum tu validior et po-
tencior et veniret tecum ad iudicem hominem quemlibet in hac terra habentem
iudicandi aliquam potestatem, vellet tecum causam dicere. Si tu de preda
illa et spoliatione inopis dares aliquid iudici ut pro te iudicaret,
iudex ille vel tibi placet. Nempe pro te iudicavit et tamen tanta
nimis est iniusticia ut displiceret tibi. Noli deum fingere talem. Noli
collocare in templo cordis tui tale ydolum. Non est deus tuus
qualis debes esse nec tu. Si tu non sic iudicares sed iuste iudicares et
sic melior te esse debet deus tuus. Non enim fidelior iustior est fons iusticie.
Quicquid boni fecisti inde superfluit et quicquid boni contulisti inde bibisti.
Laudas vas quia habet aliquid inde et vituperas fontem. Nolite velle
elemosinas facere de fenore et usuris. Fidelibus dico eis quibus corpus
erogamus dico. Timete, corrigite vos. Ne dicam peccata tu facis
et tu facis. Et puto quia si fecero non id debetis. Vastis hodie ut
corrigamini. Ad hoc omnia valent quod deus dicit ipso vastimini et nolite
peccare. Volo vos vastari sed nolite perire. Ut autem non pereatis quibus

·i· [illegible]

nō· homo penitens·

hētis wasti n̄ uob / Quid ē enī hō penitens nisi hō warg̃ ut ac-
cipiat ueniā, de seipō exigat poenā / Et ute d̄t deo Auerte ocu-
los tuos a pcc̄is meis q̄m pcc̄m meū ego agnosco / Si tu ag-
nosc̄s ⁊ ille ignoscet / Qꝫ faciebat nolite face nō licet / Sꝫ ⁊ si
fecistis ⁊ pecunias tales hēts ⁊ inde sacellos implestis inde
thezaurizastis / de malo ē quod hēts / Iam nolite malū face ⁊
facite uob amicos de mamona iniquit̄s / Nūqd zacheus de
bono hēbat / Legite ⁊ uidete / Maior erat publicanoꝝ i· tuincc-
tigalia publica cōficiebat inde hēbat diuitias / multos pressat
multis abstulat multa cōgessat / Intruit domū eius xp̄c / Sic enī
ait ipē dn̄s / hodie salus huic domui fca ē / Sꝫ ipam salutē uidete
pmo desidabat dn̄ꝫ uide qꝫ statura pūus erat / sꝫ turba impedi-
ente ascēdit arbore sicomori ⁊ uidit trāseuntē / Ille at aspex-
erit ait Zachee descende apud te oꝫ me manē / Tu pendes sꝫ nō
te suspendo hc̄ ē nō te differo / volebat uide trāseuntē / hodie
me apud te inuenies hītantē / Ingressꝰ ad eū dn̄s replet⁹ ille
gaudio ait / Dimidiū oīu meaꝝ do pauperib; / Ecce quo currit
qui currit face amicos de mamona iniquit̄s ⁊ ne reus aliu-
de teneat̄ si cui ad tuli ait quadruplū redda / Infligit ē co-
demnatoꝝ ne incurret dampcōnē / Ergo qui hēts de ma-
lo nolite acquire de malo / Esto bonꝰ tu qui fac̄s de malo ⁊ cu-
cupis ad boni face de malo noli remane cū aliis / Nunc
tui conuertat̄ i bonū / Et tu remanes malus / Est quid ⁊ aliud in eo
n̄ ipm tacebo / Mamona iniquit̄s diuicie sunt seculi / vnacūqꝫ sunt
vnacūqꝫ enī cōgregent̄ / mamona iniquit̄s ei diuitie sūt
iniqtatis / Qꝫ hec diuitie sunt iniq̄tatis pecunia ē quando ē diuitiaꝝ
appellat iniqtas / Sic enī uas diuitias quid alie sunt / Talib;
Iob habundabat medꝰ qui cor i deo plenū hēbat / ⁊ laudes deo
pdit̄s omnib; reb; tanqm gemmas pciosissimas pferbat / De quo
thesauro si nō hēbat / hoc est ueꝫ diuicias / hēs illa nō reprhēdēdo
hēditas uenit / pr̄ tuus diues fuit ⁊ dimisit t̄i / hoc estate acqi
sisti / de misrs labrib; plena domū hēs nō reprhēdēdo tu
cꝫ si nō illas uolo dicē diuicias / Nasi dic̄s illas diuicias
amab illas ⁊ si amaueris illas pibis cū illis / pdere ne peas
dona ut acquias semia ut metas / Has diuicias noli appellac
q̄ue nō sunt pauptate plene sunt / et sꝫ obnoxie casib; / Quales
diuicie sunt ppr̄ qs latrue times / ppr̄ qs times suū tuū ne te
occiso aufrat ⁊ fugiat / Sine diuicie erunt ser̄u[?] ⁊ dant
Ergo ille uere sunt diuicie quas cū hueriuing pde nō possimus
Et ne forte ppr̄ illas fur e timeas ibi erut ubi nꝰ aufrat
Audi dn̄m tuū / Thezaurizate uob thesaurū i celo quo fur nō
accedat / ⁊ erit diuicie quas migrauimus / qm̄ diu i terra sunt
diuicie nō sunt / Sꝫ diuicias illas uocat mundꝰ / iniquas uocat deꝰ

Que diuicie sunt secūe

2· Iutst verꝰ

Ideo mammona iniquitatis est, quia divitias illas vocat iniquitas. Audi psalmum:
Domine libera me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem
et dextera eorum dextera iniquitatis. Filie eorum circumornate sicut similitudo
templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in hoc. Boves eorum
crasse, oves eorum fecunde multiplicantes in itineribus suis. Non est
ruina macerie neque transitus neque clamor in plateis eorum. Vidisti denique
qualem felicitatem descripsit. Et audi quid sunt quos posuit filios
iniquitatis: quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis.
Ipsos posuit et dixit felicitatem istorum tamen super terram. Et quid adiungit?
Beatum dixerunt populum cui hec sunt. Qui dixerunt? quorum os locutum est vanitatem.
Ergo vanitatem est dicere beatos esse eos quibus hec sunt. Et tu dic ab eis quorum os lo-
cutum est vanitatem. Absit ut ipsis dicam iste divitie que vocantur mammona
iniquitatis. Tu autem quid dicis quia illi filii alieni quia illi quorum os locutum
est vanitatem dixerunt beatum esse populum cui hec sunt. Tu quid dicis? Falsum est
iste divitie. Da mihi vias reprehendi ista. Ostende quod laudas. Vis
ut contempnam hoc? Ostende quod preferam. Dicat ipse psalmus qui enim dixit
beatum dixerunt populum cui hec sunt. Talem nobis dat visum quem dicemus illi
in ipso psalmo. Ecce hec nobis tulisti et non nobis dedisti. Ecce ista ecce ista
contempnimus: unde vivemus? unde beati erimus? Ora qui locuti sunt ipsi de
semetipsis reciperent. Homines enim divitias habentes beatos esse dixerunt.
Tu quid dicis? Audeat quisquis interrogatus et dicat. Illi dixerunt divites
beatos; ego dico beatus populus cuius dominus deus ipsius. Audisti nam divitias:
fac amicos de mammona iniquitatis et eris beatus populus cuius est dominus deus
ipsius. Alii transimus via et videmus amenissimos et uberes fundos
et dicimus: Cuius est ille fundus? Asseritur illius. Et nos dicimus beatus homo cuius est
ista familia. Tollamus talem sonum, audiamus veritatem: beatus est cuius est
dominus deus ipsius. Non enim cuius est fundus iste beatus sed cuius est ille deus.
Querit aptissime beatitudinem verum amicus dei quia beatum te faciat
fundus tuus? Certe quia inde vivis. Nam quem laudas per magnum fundum
tuum hoc dicis: ipse me pascit, inde vivo. Attende unde vivas. Ille est
unde vivis cui dicis: apud te est fons vite. Beatus populus cuius est dominus ipsius.
O domine deus meus, o domine deus noster, ut veniamus ad te fac nos
beatos de te. Nolumus de auro neque de argento nec de fundis. Nolumus
de terrenis istis et vanissimis et caducis vite transitoriis.
Non loquatur os nostrum vanitatem. Fac nos beatos de te quia non perdemus
de te. Dum tenemus te nec te perdemus nec nos peribimus. Fac nos
beatos de te quia beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Nec irascitur si dixerimus
de deo fundus noster. Legimus enim: Dominus pars hereditatis mee. Magna res
fratres et hereditas ipsius sumus et hereditas nostra ipse est. Quia et colimus eum
et colit nos. Nulla est iniuria illi quia colit nos quia si nos colimus eum
ut deum nostrum, ille colit nos ut agrum suum. Et ut sciatis quia colit
nos audite eum quem misit nobis. Ego sum inquit vitis, vos estis
palmites, pater meus agricola. Ergo colit nos sed si fructum reddamus
paratus horreum. Si autem sub tanto cultore steriles esse voluimus et pro frumento

spinas protulimus nolo dicere quod sequitur ad gaudium sinistramque conversi
ad dominum. // Sermo beati Augustini de iudice iniquo qui non deum time-
bat nec hominem verebatur. //

Luc. 18. Lectio sancti ewangelii edificat nos ad orandum et credendum et non de
nobis sed de domino presumendum. Que ad hoc maior exhortacio
quam ut nobis de iudice iniquo proponeretur similitudo iudex
enim iniquus qui nec deum timebat nec hominem verebatur audivit tamen viduam
interpellantem sed victus tedio non pietate inclinatus. Si ergo exaudit
qui odit quod rogabatur quomodo exaudivit qui ut rogemus hortatur.
Cum ergo nobis ista comparacione dominus suadet quod oportet semper orare et non
deficere. Adiecit et ait Verumtamen cum venerit filius hominis putas inveniet
fidem in terra. Si fides deficit oracio perit. Quis enim orat quod non credit.
Unde et beatus apostolus cum ad orandum exhortaretur ait. Omnis quicumque
invocaverit nomen domini salvus erit. Et ut ostenderet fidem fontem esse oracionis
nec posse ire rivulum ubi caput aque siccatur. Adiunxit atque ait
Quomodo autem invocabunt in quem non crediderunt. Ergo ut oremus credamus
ut et ipsa fides non deficiat qua oramus oremus. Fides fundit oracionem
fusa oracio et ipsi fidei impetrat firmitatem. Etenim ne in temptacionibus de-
ficeret fides propterea dominus ait. Vigilate et orate inquit ne intretis in
temptacionem. Quid est et temptacionem intrare nisi a fide exire. Intantum enim temptacio
proficit in quantum fides deficit. in quantum fides proficit temptacio
deficit. Nam ut apercius noverit caritas vestra de fide ne deficeret
et apparet dixisse dominum Vigilate et orate ne intretis in temptacionem
eo loco ewangelii ait. Hac nocte postulavit sathanas vexare vos
sicut triticum et ego rogavi pro te petre ut non deficiat fides tua
Rogat qui tuetur et non rogat qui periclitatur. Quod autem ait dominus
Cum venerit filius hominis putas inveniet fidem in terra. De fide dixit
que perfecta. Ipsa enim vix invenitur in terra. Ecce plena ecclesia dei
quis huc accederet si nulla esset fides. Quis non montes transferret
si plena esset fides. Attendite ipsos apostolos. Dimisissent omnibus suis
calcata spe seculi dominum non sequerentur nisi magnam haberent fidem.
et tamen si plenam haberent fidem non dicerent domino Auge nobis fidem
Vide fidem et non plenam fidem. Vide et illum utrumque de se confitentem
qui cum obtulisset domino filium suum a malo demonio sanandum
et esset interrogatus utrum crederet respondit et ait Credo domine adiuva
incredulitatem meam. Credo inquit credo domine ergo erat fides sed adiuva
incredulitatem meam ergo non plena erat fides. Sed quia fides non est
nisi humilium non superborum sed humilium dixit ad quosdam qui sibi iusti videbantur
et spernebant ceteros similitudinem hanc. Duo homines ascenderunt in templum
orare unus phariseus et unus publicanus. Phariseus dicebat Gracias
ago tibi deus quia non sum sicut ceteri homines. Diceret saltem sicut multi
homines. Quid est ceteri homines nisi omnes preter ipsum. Ego inquit iustus sum
ceteri peccatores. Non sum sicut ceteri homines iniusti adulteri raptores
Et ecce tibi ex vicino publicano maioris tumoris occasio. Sicut inquit
publicanus iste. Ego inquit singularis sum iste de ceteris est. Non sum inquit talis qualis iste

In temptacionem intrare a fide exire

fides perfecta / imperfecta

Mr. 9.

per iusticias meas quia iniquus non sum. Ieiuno bis in sabbato, decimas do
omnium quecumque possideo. Quid rogauit deum quere in verbis eius non
inuenies. Ascendit orare noluit deum rogare sed se laudare insuper et
roganti insultare. Publicanus autem de longinquo stabat sed deus
eum de proximo attendebat. Excelsus enim dominus et humilia respicit.
Excelsos autem qualis erat ille phariseus, excelsa autem a longe
cognoscit. Deus autem longe cognoscit sed non ignoscit. Adhuc
audi humilitatem publicani. Parum est de longinquo quod stabat nec
oculos suos ad celum leuabat. ut respiceretur non aspiciebat, preme-
bat conscientia, spes subleuabat. Adhuc audi. Percuciebat pectus suum
penas de seipso exigebat, propterea deus confitenti parcebat. Percuciebat
pectus suum dicens: Deus propicius esto mihi peccatori. Ecce qui rogat. Quid miraris
si deus ignoscit quando ipse se agnoscit. De phariseo et publicano
accepisti controuersiam audi sententiam. Audi superbum accusatorem. Audi
reum humilem. Audi nunc iudicem. Amen dico vobis. Veritas dicit, deus dicit,
iudex dicit. Amen dico vobis descendit iustificatus de templo publicanus ille
magis quam ille phariseus. Dic domine causam. Ecce iudico publicanum
iustificatum magis de templo descendere quam phariseum. Causam quere quis quere.
Audi quare. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat ex-
altabitur. Audisti sententiam, caue causam malam. Aliud dico. Audisti sententiam
caue superbiam. Videant nunc, audiant ista. Nescio qui impie
garrientes et de suis viribus presumentes. Audiant qui dicunt
Deus me hominem fecit, iustum ipse me facio. O peior et detestabilior
phariseo. Phariseus ille superbe quidem iustum de se dicebat sed tamen inde
ille deo gratias agebat. Gratias tibi deus quia non sum sicut ceteri homines.
Gratias tibi deus. Gratias deo agit quia non est sicut ceteri homines et tamen tamquam
superbus et inflatus reprehenditur, non quia deo gratias agebat sed quia nec
sibi addi appetebat. Gratias tibi quia non sum sicut ceteri homines iniusti.
Ergo tu solus iustus. Quid ergo rogas? Ergo iam plenus es? Ergo non est temptatio vita hu-
mana super terram? Ergo ita plenus ergo iam habundas? Ergo iam non est quod di-
cas: Dimitte nobis debita nostra? Quid ergo qui impie oppugnat
gratiam reprehendendus qui superbe agit gratias. Et certe post eam contra eccle-
siam prolata quia sententiam precedunt et parvuli ymmo assumuntur et offeruntur
tangendi. Cui tangendi nisi medico celesti? Cui offeruntur infan-
tes tangendi cui nisi saluatori? Si saluatori utique saluandi. Cui nisi
illi qui venit querere et saluare quod perierat. Ubi ista perierant quantum
ad ipsos proprie attinet. Innocentes video reatum quero. Unde? Apostolum
audio. Per unum hominem intrauit peccatum in orbem terrarum. Per unum inquit
hominem intrauit in mundum peccatum et per peccatum mors et ita pertransiit in omnes
in quo omnes peccauerunt. Veniant ergo parvuli, veniant. Audiant dominus dicit: Sinite
parvulos venire ad me. Veniant parvuli, veniant languidi ad me-
dicum, veniant perditi ad redemptorem. Veniant nemo prohibeat. In ramo
adhuc nullum commiserunt sed in radice perierunt. Audiat dominus pusillos cum magnis.

tangat modicos et pusillos et magnos. Tam puerorum quidam
maioribus loquuntur pro tacentibus, orant pro flentibus, si non frustra est
maiores etate iuvenes. Tuemini eos qui adhuc tam sua age non
sunt, communis fuit predicto sit quibus incendio simul peccavimus sit
tuentur in exponendo dicere est multum sunt quibus est gratia non habent boni nisi que de
fonte traxerunt, multi sunt mali non quod de origine traxerunt, non eos
impediat a salute qui ad id quod traxerunt multa addiderunt
Qui in maiore est etate maiore est iniquitate. Sed gratia dei delet quod
traxisti, delet et quod addidisti. Ubi enim habundavit peccatum superhabundavit
gratia etc. Item secundum lucam homo quidam descendebat ab iherusalem in iericho

Luc x. Gaudeo nos apostolus precepit semper in domino non in seculo. Et merito cum noluerit
amicus esse huius mundi sit scriptum dicitur inimicus dei reputabitur. Sic
autem non potest homo duobus dominis servire, sic nemo potest et in seculo gaudere
et in domino. Multum interest inter hec duo gaudia distant, sicut quod est contraria. Et si
gaudet in seculo non gaudet in domino, qui gaudet in domino non gaudet in
seculo. Vincat gaudium in domino donec finiatur in seculo gaudium. Gaudium in
domino semper augeatur, gaudium in seculo semper minuatur donec finiatur. Non ita
dicitur qui cum simus in hoc seculo gaudere non debemus, sed et in hoc seculo constituti
iam in domino gaudeamus. Sed ait aliquis in seculo sum utique si gaudeo ibi
gaudeo ubi sum. Quid enim qui es in seculo in domino non es. Audi eundem
apostolum ad athenienses loquentem et in actibus apostolorum dicentem de deo
et de domino creatore nostro. In illo vivimus et movemur et sumus. Quid enim
et ubique est ubi non est. Nonne ad hoc nos exhortabatur dominus in proximo
est [illegible] sollicitti sitis magnum est hoc quod ascendit super omnes celos et prope est
[illegible] qui ubique et tibi. Quid est iste longinquus et propinquus qui nobis misericordiam
eius qui ubique est. Totum enim genus humanum est ille homo qui iacebat in via
semivivus a latronibus derelictus quem contempsit transiens sacerdos
et levita et accessit ad curandum eius opitulandum transiens sa-
maritanus. Ut autem narraret unde ea describeret quedam querente que
sunt optima precepta et summa in lege. Commonuit duo esse. Diliges
dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota
mente tua. Et diliges proximum tuum tamquam teipsum. Ille autem et quis est meus
proximus et narravit dominus. Homo quidam descendebat ab iherusalem in
iericho, et incidit in latrones qui cum eum
spoliassent et plagas eius inrogassent dimiserunt eum in via
semivivum. Transiit sacerdos utique [illegible] proximum preterit iacentem, transiit le-
vites et hic [illegible] proximum iacentem et ipse contempsit, transiit samaritanus
longinquus [illegible] proximus fecit quod quid nostis in quo samaritanus se
voluit intelligi dominus ihesus christus. Samaritanus enim custos interpretatur. Ideo
surgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur.
Quia non dormit neque dormitat qui custodit israel. Denique cum iudei
blasphemabat iudei dixerunt. Nonne verum dicimus quia samaritanus
es tu et demonium habes. Cum ergo duo essent verba quorum sibi obiecta duo
dicimus quia illi erat. Nonne verum dicimus quia samaritanus es tu et demonium habes

potat rude hic samaritanus sum et demonium habeo. Dicit autem ego demonium
non habeo. Quod verum erat refutavit, quod tacuit confirmavit. Negat
se habere demonium qui se novat demonum exclusorem. Non se negat
infirmi custodem. Ergo deus in proximo est quia deus nobis factus est in proximo.
Quid tam longinquum quam tam remotum quam deum ab hominibus
immortalem a mortalibus, iustum a peccatoribus non loco longe sed dissi-
militudine. Nam solemus et ita loqui de duobus hominibus dicimus quando
diversi sunt mores. iste longe est ab illo. et si iuxta steterint et si vici-
nus inhabitet, et si una cathena colligentur. Longe est pius ab impio
longe est innocens a reo. longe est iustus ab iniusto. Si hec de duobus
hominibus dicitur, quid de deo et hominibus. Cum ergo longe a nobis esset immor-
talis et iustus tamen a mortalibus et peccatoribus descendit ad nos ut fieret
nobis proximus ille longinquus. Cum haberet ipse duo bona et nos duo
mala. ille duo bona iusticiam et immortalitatem. nos duo mala iniquitatem
et mortalitatem. Si utrumque malum nostrum suscepisset par nobis factus esset.
et liberatore nobiscum opus haberet. Quid ergo fecit ut esset proximus nobis
non hoc quod nos sed prope nos. Duo attende. iustus est immortalis est.
In duobus tuis malis una culpa, altera est pena. Culpa est quod
iniustus es, pena est quia mortalis es. Ille ut esset proximus suscepit penam
tuam non suscepit culpam tuam. et si suscepit delendam suscepit non fa-
ciendam. Iustus et immortalis longe ab iniustis et mortalibus. peccator mortalis
longe est ab a iusto immortali. Non est factus est peccator quod tu, sed factus est
mortalis quod tu manes. iustus factus est iustus suscipiendo penam et non
suscipiendo culpam. et culpam delevit et penam. Deus ergo in proximo est
ne solliciti fueritis. Et si super omnes celos ascenderit corpore non recessit
maiestate. Ubique presens est qui fecit omnia. Gaudet et duo sp. in [?]
seculo quod gaudium est. gaudere de iniquitate. gaudere de turpi-
tudine. gaudere de vanitate. de deformitate. De his ergo sibi gaudet
seculum que omnia non essent si homines noluissent. Alia sunt que faciunt
homines, alia que patiuntur et si nolunt fiunt. Cuius ergo est hoc seculum, et
quod est gaudium seculi. Dico fratres breviter quantum possum quantum deus adiu-
vat festinantes breviter dico. Scilicet cum est impunita nequicia.
Luxuriantur homines et fornicentur. in spectaculis vigeant ebriositate
ingurgitentur turpitudine fedentur, nichil mali paciantur. et vide seculi
gaudium. Ista mala que commemoravi non castiget fames non
belli timor non aliquis timor non aliquis morbus non aliqua adversitates
sed sint omnia in vivum habundancia in pace carnis in securitate male mentis
viventium. Ecce vide seculi gaudium. Sed non cogitat deus sicut homo. Alia est
cum deo cogitacio alia hominibus. Magne misericordie est nequicie impunitatem
non relinquere. et ne cogatur in extremo gehenne dampnare. modo flagello
dignatur castigare. Nam vis nosse in illa pena quanta sit pena
non tantum iusto sed peccatori cui est preparata poena ne succedat eterna. Vis
ergo nosse in illa pena quanta sit pena post interrogationem invita dum peccator

Iustus
Inmortalis

Iniustus
Mortalis

Afflicio temporalis
signum est amoris dei

Exclamavit vehementer attendit considerauit exclamavit. Irritauit
dominum peccator. Queso obsecro quid vidisti. Qui at hic exclamavit
vidit peccatorem impune luxuriantem, male facientem, bonis ha-
bundantem et exclamavit Irritauit dominum peccator. Queso hoc dixisti.
Quid enim vidisti pro magnitudine ire sue non requirit. Intelligite
fratres quantam iram deus quando castigat mundum non mult dampnose
mundus pro magnitudine ire sue non exequitur ideo non exequitur quia multum
irascitur. Magna est ira eius parcendo servit, sed iuste servit. Est enim
severitas que serenitas. Ergo aliis servit parcendo bonum est nobis
ut subveniat castigando et tu si fragilitatem generis humani consideremus qui
pati non possunt pro peccata nostra fecit nobis filii eius sumus. Unum hic probamus
mortuus est pro nobis unicus ne remaneret unus. Noluit esse unus
qui mortuus est unus. Multos enim filios deus fecit unicus filius
emisit fratres sanguinem suum probavit reprobatos, redemit re-
ditos, honoravit iniuriatos, purificavit occisos. Dubi-
tas quod dabit bona sua qui non dedignatus est suscipere mala
tua. Ergo fratres gaudete in domino non in seculo, id est gaudete in veritate
non in iniquitate, gaudete in spe eternitatis non in flore vanitatis.
Ita gaudete et ubique et quandiucumque hic fueritis dominus in proximo
est nichil solliciti fueritis. Iste est eciam de ubi apostoli. Omnes nos
manifestari oportet ante tribunal Christi.

Omnium vero sanctorum spes habet in futurum tempore extenditur ut
quia hic sumus deo alibi nobis fuisse electum. Hic
nobis portas certamina sed in futuro seculo certaminis premia
reservata. Iuste siquidem et provide divina sapientia separavit tempora
Hoc sompnium iacob vidit. Postea hoc autem appellatus est israel. Post pau-
lulum veniens de mesopotamia et agens iter. Sed ergo iacob vi-
dit scalam qui et israel appellatus est. Est autem et nathanael iste vere
israelita in quo dolus non est. Ideo cum miratus esset quod dixit ei deus sub
arbore fici vidi te. Dixit ei: maiora his videbis. Et recte dixit sompnium
iacob cum dixit ei quem appellavit israelitam in quo dolus non erat, qui dicit:
Cuius nomen te appellavi ipsius sompnium te appellabit. Noli festinare
mirari maiora horum videbis. Videbitis celum apertum et angelos dei as-
cendentes et descendentes ad filium hominis. Ecce quod vidit iacob, ecce quod prefigurat

Sag uno x
scta est
vide ... vidi

lapidem oleo iacob. Ecce quem christum propheta significat et figuravit iacob
Illud enim factum propheticum erat. Nunc expectatis nosse quid a me multis
audire meruistis. Quod dicat hic? Videbitis ut dominus donat ascendentes et descen-
dentes angelos ad filium hominis. Quomodo? Si descendunt ad illum hic est
si ascendunt ad illum sursum est. Si autem ad illum ascendunt ad illum des-
cendunt et sursum est et hic est. Nullo pacto fieri potest ut ad illum ascendat
et ad ipsum descendat nisi et ibi sit quo ascendunt et hic sit quo des-
cendunt. Quomodo probamus illic eum esse? videat nobis paulus qui prius
saulus expertus est id ipsum qui prius erat persecutor et postea factus est predicator
prius iacob postea israhel qui erat et ipse de genere israhel de tribu beniamin
in celo et in illo videat unum sursum unum deorsum. Primo ipsa domini vox
de celo hoc ostendit. Saule saule quid me persequeris? Numquid paulus in celum
ascendat? Numquid paulus in celum saltem lapidem misisset? Christianos perseque-
batur, ipsos ligabat, ipsos occidendo trahebat, ipsos ubique late-
ntes querebat, ipsis inventis nulla voce parcebat. Cui autem christus dominus
saule saule. Unde clamat? de celo quod sursum est. quid me persequeris quod
deorsum est. Omnia et si breviter ut potui exposui caritati vestre, erogavi
quod ad me pertinet; quod autem ad vos pertinet pauperes cogitate.
Commisi ad dominum etc. (iii) Die tercia nuptie facte sunt Joh. ubi in chana galylee

De aqua vinum fecit

Scitis fratres in christum credentes
didicistis et assidue et nos ministerio nostro commendamus vobis
quod medicina tumoris hominis humilitas est christi. Non enim perisset homo
nisi superbia fuisset perissus. Inicium enim sicut scriptum est omnis peccati superbia
Contra inicium peccati inicium iusticie necesse fuit. Si ergo inicium omnium
peccatorum superbia, unde sanaretur tumor superbie nisi deus dignatus esset humiliari.
Erubescat homo esse superbus quem factus est humilis deus. Namque quando dicitur homini
fieri. Erubescat homo esse superbus. Et ut velint homines vindicari quibus le-
ut humilietur se dedignatur. Et ut velint homines vindicari nolunt quia pecca-
dum superbia facit. Quando humiliari dedignatur vindicari volunt quia pecca-
tum superbia facit quam humiliari dedignatur. Vindictam multi
aliquis prodesse possit aliena? Ecce et iniuria passus vindicari vult
de aliena pena quid commendatur et ad quid gaudet tormento
Ideo omnibus dominus ihesus humiliari dignatus est. Ecce ergo nobis via sit ut dig-
Ideo omnibus dominus ihesus humiliari dignatus est. Filius virginis venit ad
nuptias ambulare per eam. Ecce mittitur filius virginis venit ad
nuptias qui cum apud patrem esset instituit nuptias. Quomodo fecit
nuptias qui cum apud patrem esset instituit nuptias. Sic vir per quem
salvatur per quam venit peccatum de viro sine femina. Sic vir per quem
deletum est peccatum de femina sine viro per illum summus per hunc surgimus
Et qui in ipsis nuptiis fecit de aqua vinum quid potentia quam potat.
Et qui in ipsis nuptiis fecit de aqua vinum potuit facere
talia facere dignatus est indigens qui fecit de aqua vinum potuit facere
et de lapidibus panem. Ecce tunc dyabolus temptavit christum non
fecit. Scitis enim quia quando temptatus est dominus christus hoc ei suggessit dyabolus
Esurivit enim quia et hoc dignatus est quia et hoc ad humilitatem pertinuit. Esurivit
panis sicut defecit via sit vulnerata est sanitas sit mortua est
vita. Cum ergo esuriret ut nostis ait illi temptator. Si filius dei es
dic ut lapides isti panes fiant. Et unde temptator doceres te
vincere temptatorem. Ad hoc enim pugnat imperator ut milites discant
contra cum non solo patre venit hostis omnibus odit. Et non fecit de lapi-
dibus panes quia utique sic potuit facere sicut de aqua vinum. Eadem enim
potestas erat facere de lapide panem sed non fecit ut voluptates contemneret temptatoris

Humilitas christi medicina superbie
Efficia de vino
non fecit de lapide
panes de efficia
fecit vinum salva[t]

Alibi cum temptator non vincitur nisi toto tempore. Et cum vicisset dyabolum
temptatorem venerunt angeli et ministrabant ei. Cum igitur potat quem
dominus fecit et hoc fecit. Legem ymo vetulam quod nunquam audisti quod fecit hoc i. de
aqua vinum. Cum addit ... Et crediderunt in eum discipuli eius
Nunquam tunc dyabolus fugat credentium. Cum igitur tantum potuit esurivit
sitivit fatigatus est dormivit corporis ... crucifixus est
occisus est. Ista est via ambula per humilitatem ut pervenias ad eternitatem
Deus Christus patria est quo imus homo Christus via est qua imus ad illum imus
per illum imus quid timemus ne erremus non recessit a patre et venit ad
nos. Verba sugebat et mundum continebat in presepio iacebat ange-
los pascebat deus et homo idem deus qui homo idem homo qui deus Sed non unum
homo inde deus quia unum homo quia unum cum sum et deus manendo ho-
minis carnem assumendo addendo quod non erat non perdendo quod erat
Ergo et modo iam passus per ipsam humilitatem iam mortuus iam sepultus iam
resurrexit iam ascendit in celum ibi est et sedet ad dexteram patris et hic
egens in pauperibus suis et hesterno die commendavi caritati vestre id
quod dixit Nathanaeli maiora hiis videbis Amen dico vobis videbi-
tis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium
hominis. Cum essemus quod erat et hesterna die locuti sumus. Nunquam et ho-
die replicare debeo qui adfuit recordentur. Videt tamen quare
non dixit descendentes ad filium hominis id est deorsum erat ipse sursum
ipse deorsum sursum in se deorsum in suis sursum aput patrem deorsum
in nobis. Vnde et vox illa ad saulum Saule saule quid me persequeris.
Non dixit saule saule ... quia sursum erat. Sursum eum saulus non perseque-
batur. non dixit quid me persequeris quia sursum erat nisi esset et deorsum
Timete Christum sursum agnoscite deorsum. hic Christus sursum largientem
hic agnoscite indigentem hic pauper est ibi dives est. Quod hic pauper
est Christus pro nobis ipse loquitur. Esurivi sitivi nudus fui hospes fui in carcere
fui et quicumque uni ex minimis ministrastis mihi quicumque uni non ministrastis
Et tunc probavimus Christum pauperem Christum divitem quis nescit et hic ad
ipsas divicias pertinebat aquam in vinum. Si dives est qui habet
vinum qualis dives est qui facit vinum. Igitur dives et pauper Christus in quantum deus
dives in quantum homo pauper. Iam et ipse homo dives ascendit in celum sedet ad
dexteram patris. Adhuc tamen hic pauper esurit sitit nudus est. Tu
quid es dives an pauper. Multi mihi dicunt pauper sum et verum dicunt
Agnosco pauperem ad habentem agnosco et indigentem sed habet quidam
multum aurum et argenti. O si agnoscat se pauperem agnoscit se
pauperem si agnoscit inopes se pauperem. Cum enim quantumvis habeas
quicumque dives es dei mendicus es. Venitur ad horam orationis
tibi te probo petis quo non pauper es qui petis plus a deo panem
petis an non es dictus panem nostrum cottidianum da nobis hodie
Cum panem cottidianum petit pauper est ad divites et tu Christus dicit
Da mihi ex eo quod dedi tibi. Quid enim attulisti qui venisti omnia que
creavi creatus hic invenisti nichil attulisti nichil hic tolles. De meo mihi
quare non donas quia tu plenus es et pauper inanis est. Primordia vestra
attendite ambo nudi nati estis et tu nudus natus es. Multa hic

Dauid ego q...
... ab eo.

inuenisti umquam terram ad attulisti. de meo quod das reddo. fuisti me largitore facito te debitore. parum est quod dixi. fuisti me largitore fac me debitorem habeam te feneratorem. pauca mihi das plura redda terrena mihi das celestia redda temporalia mihi das eterna redda. vestitum te reddam qui te michi reddiderit. Sermo sancti Augustini episcopi in ewangelio secundum Johannem de infirmo iacente in piscina.

.70 7. Reuerentissimam caritatem vestram solennit ewangelica lectio et ad cognoscendum quid euellet quam licet sciatis attentos hec de me expectat arbitror hec me per uobis expositurum Domino adiuuante. Pollicior procul dubio enim fructus fiebat illa miracula et ad nos petenda salutem significabat. Nam salus corporis que reddita est homini quanti temporis fuit que est enim uita mea dicta scriptura. vapor est in quo ad modicum apparens deinceps exterminabitur. Quod ergo illius hominis corpori ad tempus reddita est sanitas reddita est non in vapore diuturnitas. Non itaque pro magno inde habendum est vana salus hominis et id recolite quod in ewangelio legitur hec testimonium. Omnis caro fenum et omnis honor carnis ut flos feni. Fenum aruit flos decidit. Verbum domini manet in eternum. Verbum domini et feno dat honorem et carni immortalitatem sed prius transit et honore non transitorium dat. Cui dixi quando angustia tribulo huius uite de qua nobis prestat auxilium. Tota quippe ista uita intelligentibus tribulatio est. Sunt enim duo tortores animae non simul torquentes sed alternatim. horum duorum tortorum nomina sunt timor et cruciatus. Quando tibi bene est times. quando male doles. Scis huius quem decipit dolor vel esto bene est times quando male doles. in prosperitatibus non frangit adversitas timenda est in hoc saeculo in diebus suis prosperitas non frangit adversitas. Tu enim deum erit. Omnis caro fenum et omnis gloria eius quamquam flos feni. Fenum aruit flos decidit. verbum domini manet in eternum. feno species que flos feni stabilitas sed uerbum domini verbum caro factum est et habitauit in nobis. Et vnde inquis ad me verbum domini. Verbum enim domini est quod dicit noli respondere promissum meum quia non reprobi. Verbum enim domini ut ad ipsum nos tenes fenum tamen hoc ergo quod nobis promittit verbum domini ut non nobis promittit ut verbum numquam nec cum flos feni transiens. hoc ergo quod nobis promittit nec mortuum in carne manens et caro fieret suscipiens carnem non mutatum in carne manens et assumens quod non erat. hoc ergo quod nobis assumens manens quod erat assumens quod non erat. Reuertere dico aqua illa iudaicis populis promittit et piscina illa. sicut enim libros scripsit moyses Ergo erat quoque porticus lex. quinque enim libros scripsit moyses. ergo quinque porticibus cingebatur sicut et ille populus lege coherce- aqua quinque porticibus cingebatur. sicut et ille populus lege coherce- batur. Aque perturbatio in illo populo est dominus passionis qui descendebat sanabat non nisi unus quia ipsa est unitas. Quecumque ista displicet dominus passionis superbi sunt et noluit descendere non sanantur. Et ergo inquit credi- tur sum dominum carne deum natum ex femina. Dominum crucifixum flagellatum mortuum uulneratum sepultum. Absit ut hoc credam de deo indignum est cor loquatur non cernens superbo nimis indignum dum humilitas ista talibus loge sit sanitas. Nolite extollere si uis sanari descende. Ex parte que pietas debuit si Christus in carne

Tota vita tribulatio
Timor Dolor

mutari dicitur. Hoc autem commendat quod veritas immutabilis est. Quantum
attinet ad verbum. In principio erat verbum et verbum erat apud deum,
non quod sonaret et transiret quia deus erat verbum. Manet ergo deus tuus
immutabilis. Huic veritati pietas, manet deus tuus noli timere
non perit manet. Natus est ex femina sed in carne. Verbum autem et in quo factus est
qui erat antequam fieret factus est et in quo fieret. Infans fuit sed in carne suxit
crevit alimenta suscepit per etates cucurrit. Ad incrementa pervenit
sed in carne. Fatigatus dormivit sed in carne. Esurivit sitivit passus est
sed in carne. Comprehensus ligatus flagellatus contumeliis affectus
postremo crucifixus occisus sed in carne. Quid expavescis? Verbum domini
manet in eternum. Qui respuit istam dei humilitatem non vult esse a
mortifero tumore superbie sanitatem. Prestitit ergo dominus ihesus christus per car-
nem suam carni nostre spem. Suscepit enim quod noveramus in hac terra
quod hic habundabat nasci et mori. Hic habundabat. Resurgere et in eternum
vivere non hic erat. Invenit hic viles merces terrestres, attulit
preciosas celestes. Si expavescis mortem ama resurrectionem.
Det tamen auxilium de tribulacione sua. Nam vana remanserat salus tua.
Salutem itaque in hoc mundo peregrinam hoc esse sempiternam fratres agnoscatis
et diligatis quia in hoc mundo tamquam peregrini vivimus. Tu sic nos cogitemus
et minus peccabimus. Agamus potius domino deo nostro gratias quia huius vite
ultimus dies et brevem esse voluit et incertum. A prima infancia usque
ad decrepitam senectutem breve spacium est. Quid tam diu viveret
quid ei profuisset si Adam hodie mortuus esset. Quid diu est ubi finis est?
Hesternum diem nemo revocat, hodiernus crastino urgetur ut transeat.
In ipso parvo spacio bene vivamus ut illo eamus unde non transeamus.
Et modo cum loquimur utique transimus. Verba currunt et hore volant.
Sic etas nostra sic actus nostri sic honores nostri sic miseria nostra sic
ista felicitas nostra totum transit. Sed non expavescamus. Verbum enim
domini manet in eternum. Conversi ad dominum finis etc. ·6·
Item in eodem ubi dominus ait. Si ego testimonium perhibeo de me.

Audivimus verba sancti evangelii hic potest aliquem movere quod ait
dominus ihesus. Si ego testimonium perhibeo de me testimonium
meum non est verum. Quomodo ergo non est verum testimonium veritatis? Nonne
ipse est qui dixit. Ego sum via veritas et vita. Cui ergo credendum
si veritati non est credendum? Profecto enim non vult credere nisi falsitati
qui non eligit credere veritati. Dominus ergo hec sic proposuit ut sic intelligatis
ex his verbis hunc sensum concipiatis. Si ego testimonium perhibeo de
me testimonium meum non est verum id est sicut putatis. Ille enim noverat
verum esse de se testimonium suum, sed propter infirmos propter incredulos propter
non intelligentes. Sol lucernas querebat fulgoris, quippe solis
lippitudo eorum ferre non poterat. Ideo quesitus est iohannes qui testimonium
perhiberet veritati. Et audistis quod ait vos misistis ad iohannem. Ille erat lucer-
na ardens et lucens et vos voluistis exultare ad horam in luce eius.
Lucerna ista ad illorum confusionem parata erat. Quia hoc dixit antiquitus
propheta in psalmis. Paravi lucernam christo meo. Ut quod lucernam sol inimicos eius

induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Denique sic sunt
confusi quodam loco per ipsum iohannem. Cum dixissent domino iudei in qua
potestate ista facis, dic nobis, quibus ille: Dicite michi et uos: baptismus
iohannis de celo est an ex hominibus? Audierunt et tacuerunt. Cogi
tauerunt enim apud se dicentes: Si dixerimus ab hominibus, lapidabit
nos populus, quia prophetam habebat iohannem. Si dixerimus de celo, dicet
nobis: Quare ergo non credidistis ei? quia iohannes christo perhibuit testimonium.
Angustati cordibus suis, quonibus suis et illaqueati laqueis suis
Responderunt: Nescimus. Que potuit alia nox esse et tenebrarum [illegible]
et quidem homini dicendum ut qui nescit dicat nescio, qui autem scit et dicit
nescio testis est contrarius. Utique non erat excellens iohannis, quia de celo erat
testimonium quod perhibuit iohannes
baptista, eius sed nolebat adquiescere eius testimonio. perhibuit iohannes
Et ubi dixerunt Nescimus, dixit eis ihesus: Nec ego dico uobis in qua potestate
ista facio. Et confusi sunt et impletum est: Paraui lucernam christo meo,
inimicos eius induam confusione. Christus non eget testibus sed nos testimoniis
perhibent illi. Sed si diligenter cogitemus quibus illi omnes perhibent
testimonium, ipse est qui perhibet testimonium. Ipse enim habitat in martyribus ut
perhibeant testimonium. Audi unum ex omnibus, ipsum apostolum paulum
dicentem: An experimentum uultis accipere eius qui in me loquitur christus? Ergo iohannes
perhibet testimonium, christus sibi perhibet testimonium quia habitat in iohanne. Perhibeat
testimonium petrus, perhibeat testimonium paulus, perhibeant ceteri
apostoli, perhibeat stephanus, ipse perhibet testimonium qui habitat in
omnibus. Ipse enim sine illis deus est, illi sine illo quid sunt? Deinde dominus
ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Quid est captiuauit captiuitatem? Vicit mortem. Quid est captiuitatem
captiuauit? mortem peremit diabolus, et ipse diabolus de morte christi
captiuatus est. Ascendit in altum, quid altius celo nouimus? Unde est et
captiuatus ascendit in altum, ascendit in celum. Hoc scimus, hoc credimus,
cum oculos discipulorum suorum ascendit in celum. Hoc scimus hoc credimus
hoc fatemur. Dedit dona hominibus. Que dona? spiritum sanctum. Qui tale dat
donum, qualis ipse est? Magna erat misericordia dei. Donum dat equale se.
Donum eius spiritus sanctus est, et unus deus cum trinitas pater et filius et spiritus sanctus.
Quia donum eius spiritus sanctus et unus deus tota trinitas pater et filius et spiritus sanctus.
Unde nobis prestat spiritus sanctus? Apostolum audi: Caritas inquit dei diffu
sa est in cordibus nostris. Vnde est o mendice caritas dei diffusa est in
corde humano, corde tuo? Unde ad te? In quo caritas dei diffusa est in corde humano,
hemus inquit thesaurum istum in uasis fictilibus. Quare in uasis fictilibus?
ut eminentia uirtutis sit dei. Denique cum dixisset: Caritas dei dif
fusa est in cordibus nostris, Ne putaret quisque a se eam esse qua diligit
deum, continuo addidit per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ut ergo ames deum
habitet in te deus et amet se de te, id est ad amorem suum moueat te, ac
cendat te, illuminet te, excitet te, ut ita et in isto corpore quo
certamen diu pugnauimus. Quamdiu pugnauimus, pugnamus, ut anima nostra cum
his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Pugnam meam non cum
legerem apostolum audistis. Omnis inquit lex in uno sermone impletur, in eo quod
scriptum est: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ista dilectio de spiritu sancto est. Diliges
proximum tuum sicut teipsum. Prius uide si iam nosti diligere teipsum et com
mitto tibi proximum quem diligas sicut teipsum. Si autem nondum nosti diligere te

timeo ne decipias proximum tuum sicut te. Si enim amas iniquitatem non te
diligis, probat testis est psalmus: Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.
Si autem odisti animam tuam quid tibi prodest quia diligis carnem tuam?
Si odisti animam tuam et diligis carnem tuam, resurget caro tua
sed ut torqueatur anima tua. Prius anima diligenda, et quia deo subdenda est
ut ordinem suum seruetque ista custodiat. Anima deo, dico, caro seruiat
Caro tua anime tue, deo seruiat anima tua. Debes regi ut possis
regere. Nam lucta ista tam periculosa erit si dimiseris victor vel ruina
sequatur cum lucta. Si autem mordetis et comeditis inuicem videte
ne ab inuicem consumamini. Dico autem spiritu ambulate et concupiscentias
carnis ne perfeceritis. Dico autem spiritu ambulate et concupiscentias carnis
non dixit ne habueritis, nec hoc dixit ne feceritis, sed ne perficeretis. Cum sit
autem hoc adiuuante domino dicant potest. Adestote ergo ut intelligatis
si spiritu ambulatis. Dico autem spiritu ambulate et concupiscentias carnis
ne perfeceritis. Sequatur ne forte ad ut hoc quod dixi obscurum est
in consequentibus ut facilius possit intelligi. Dixi enim non dixisse apostolum
noluisse dicere concupiscentias carnis ne habueritis, verum hoc saltem noluisse
dicere concupiscentias carnis ne feceritis, sed dixisse concupiscentias carnis
ne perfeceritis. Ipsam nobis luctam proposuit in hoc plus uersamur si domino mi-
litamus. Quid ergo fit? Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem
aduersus carnem. Hec enim inuicem aduersantur ut non ea que uultis faciatis.
Hec si non intelligatur periculosissime auditur. Ideo solliciti ne male
homines intelligendo pereant suscepi hec uerba apostoli adiuuante domino
meo exponere. Tantum vacat nobis matutina tempora hora prandii
non urget ad istum diem id sabbatum maxime hij ad solent
conuenire qui esuriunt uerbum dei. Audite attendite, dilecti, quantum
potestis diligenter. Quid ergo hoc quod dixi periculose auditur si non intelligatur?
Multi concupiscentiis carnalibus et dampnabilibus uicti committunt
quecumque facinora atque flagitia, et immunditiis tam pessimis
uolutantur que turpe est et dicere, et dicunt: Ecce ista uerba apostoli. Vide-
te quod dixit apostolus: non ea que uultis illa faciatis. Volo facere, cogor,
compellor, vincor, facio quod nolo, sicut ait apostolus quia caro concupiscit
aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem ut non ea que uultis faciatis.
Videtis quam periculose auditur si non intelligatur. Videtis quemadmodum
pertineat ad officium pastoris optimos fontes aperire et aquam
puram innoxiam sitientibus omnibus ministrare. Noli ergo vinci qui pug-
nas. Videte quale bellum proposuit, qualem pugnam, quale vix pa-
nitque intus in te ipsum. Caro concupiscit aduersus spiritum. Si non concupiscat
et spiritus aduersus carnem, facit adulterium. Si autem concupiscat spiritus ad-
uersus carnem, luctam uideo, victum non uideo, pugna est. Concupiscit
caro aduersus spiritum, delectat adulterium. Fateor quod delectat, sed spiritus
concupiscit aduersus carnem, delectat et castitas. Ergo vincat spiritus
carnem. Videte, non vincatur a carne. Adulterium tenebras querit,
castitas lucem desiderat. Quo minus innotescere, sic uiuere quo minus
hominibus innotescere et preter oculos hominum sit uiuere. Vnde quod fecit texit in tenebris
nidz tecum velanda castitas publice ab hominibus, quem laudat adulterium

·Deus·
·Anima·
·Caro·

nc adulti. Cum quisque ad etatem venit ad lucem, sed delectat adulterium cogi-
tata resistat repugnet. Non enim non habes unde pugnes. Deus tuus est in te,
spiritus bonus datus est tibi, et tu permittis ipsam carnem concupiscere adversus spiritum
suggestionibus pravis et delectationibus criminis. Sicut quod ait apostolus:
Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Non dixit non sit. Iam est et
quomodo id peccatum vocatur, quia inde peccatum concipitur. Non enim in paradyso caro
concupiscebat adversus spiritum. Non erat ibi ista pugna, ubi erat pax
sola. Sed facta transgressione precepti, quam homo noluit servire deo et donatus
est bonis, hic sit donatus ut possit salutem possidere, sed ab eo possessus a
quo deceptus. Cepit caro concupiscere adversus spiritum et hoc in bonis.
Nam anima non habet contra quem concupiscat. Ibi enim
concupiscit adversus spiritum ubi est spiritus. Quod enim ait: caro concupiscit
adversus spiritum et spiritus adversus carnem, nolite putare spiritum hominis tantum.
Spiritus dei est qui pugnat in te adversus te, adversus id quod est in te
contra te. Voluisti enim stare adversus deum, cecidisti. Factus es quoniam qui
de manu hominis cadit in terram. Fractus es, et quia fractus es id adversus
es ibi id est contra te. Nichil sit in te contra te et integer stabis. Nam ut noveris
ad spiritum sanctum hoc officium pertinere, alio loco dicit ipse apostolus: Si enim se-
cundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis
vivetis. In his verbis iam extollebat se homo quia spiritu suo facta car-
nis possit mortificare. Si secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu
facta carnis mortificaveritis vivetis. Expone nobis, apostole, quo spiritu.
Habet enim et homo spiritum ad naturam propriam pertinentem quo homo est, homo enim constat
ex corpore et spiritu. Et de ipso spiritu hominis dictum est: Nemo scit que sunt
hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Video ergo ipsum hominem hunc
spiritum suum pertinentem ad naturam suam, et audio te dicentem: Si autem spiritu facta
carnis mortificaveritis vivetis. Quero quo spiritu, meo an dei.
Audio enim verba tua et adhuc ambiguitate permoveor. Spiritus enim
Spus
tu dei et hominis est, alius et pecoris spiritus dicitur, sicut scriptum est post diluvium mor-
tua esse omnem carnem que habebat in se spiritum vite, ac per hoc et pecoris
dicitur et hominis spiritus dei. Alius et ventus spiritus dicitur, sicut habetur in psalmo: Ignis grando
nix glacies spiritus procellarum. Cum ergo multis modis dicatur spiritus, quo spiritu
dixisti, o apostole, facta carnis mortificanda, meo an dei? Audi
quid sequitur, et intellige. Sublata est questio sequentibus verbis. Cum enim di-
xisset: Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis, continuo addidit:
Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. Agis si agaris, et bene agis
si a bono agaris. Ergo quod dixi: Si spiritu facta car. mor. vi.
Et ambiguum erat de quo spiritu dixit, in sequentibus hic verbis intellige.
Preceptorem agnosce redemptorem, etenim ille redemptor tibi
spiritum dedit quo mortificares facta carnis. Quotquot enim spiritu dei aguntur,
hi filii dei sunt. Non estis filii dei si non agimini spiritu dei; si autem spiritu dei agimini,
pugnate, quia magnum habetis adiutorem. Non enim deus sic nos spectat
pugnantes quomodo spectat populus venatores; populus venatori favere potest, pericli-
tantem adiuvare non potest. Si ergo sic caro concupiscit adversus spiritum et spiritus

adversus carnem: quid? ut non ea quae vultis faciatis. Attendite, sancti
quicumque pugnatis; praeliantibus loquor. Intelligunt qui pugnant, et
non me intelligunt qui non pugnant. Nam dico quia non pugnat nisi
me [?] praevenit me. Quid vult homo castus? ut nulla omnino surgat in
membris eius concupiscentia adversaria castitati. Pacem vult, sed nondum habet.
Quando enim ad id ventum fuerit ubi nulla omnino surgat concupiscentia
adversanda, non erit hostis cum quo luctentur, nec exspectatur ibi victo-
ria, quia de hoste iam victo triumphatur. Audi ipsam victoriam ipso apostolo
dicente: Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, et mortale hoc
induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem et
mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta
est mors in victoriam. Audi vocem triumphantium: Ubi est, mors, conten-
tio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus? Percussisti, vulnerasti, devicisti,
sed vulneratus est pro me qui fecit te. O mors, mors vulneratus est pro
me qui fecit mortem, et de morte sanavit te. Et tunc triumphantes
dicturi sunt: Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Mo-
do autem quando caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, con-
tentio mortis est. Non quod volumus facimus. Quare? quia volumus ut nullae
sint concupiscentiae, sed non possumus. Velimus nolimus titillant, blan-
diuntur, stimulant, infestant, surgere volunt; premuntur, nondum exstinguuntur.
Quamdiu caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem? Nunquid
hoc est cum mortuus fuerit homo? Absit. Deponis carnem quo tecum trahis
concupiscentias carnis. Sed si bene pugnasti, recipieris ad quietem, de q-
quiete commendandus es, non damnandus, ut postea perducaris ad regnum.
Ergo quamdiu vivimus, fratres, sic est, sic et nos qui senuimus in ista mi-
licia; minores quidem hostes habemus, sed tamen habemus; fatigati sunt quodammodo
hostes nostri et per aetatem; sed tamen et fatigati non cessant qualibuscumque mo-
tibus infestare senectutis quietem. Acrior pugna iuvenum est; novimus ea,
transivimus per ea. Caro enim concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem,
ut non ea quae vultis faciatis. Quid enim vultis, o sancti, o boni praeliatores,
o fortes milites Christi? quid vultis? ut non sint omnino concupiscentiae malae;
sed non potestis. Exercete bellum, sperate triumphum. Ergo cum inter-
pugnat caro contra adversus spiritum et spiritus adversus carnem ut non ea quae vultis
faciatis, id est omnino nullae sint concupiscentiae carnis, sed facite quod potestis.
Quid ait ipse apostolus alio loco quod commemoravi iam? Teneamus: Non
regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius.
Certe quod nolo desideria mala surgunt; sed noli obedire. Arma
te, sume instrumenta bellorum, praecepta Dei arma tua sunt. Si bene
me audiveris quod loquor, armaris. Non ergo regnet peccatum
in vestro mortali corpore. Quamdiu enim portatis mortale corpus
pugnat contra vos peccatum, sed non regnet. Quid est ut regnet? id est
obediendo desideriis eius. Si corporis obedieritis, regnat. Et quid est obedire?
exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Nunc hoc doctore praedicante [?]
Quid nobis iam exponat [?]. Fac quod audisti: non exhibeas membra
tua arma iniquitatis peccato. Dedit Deus potestatem per spiritum suum membris tuis [?].

Surgit libido tene tu membra. quid faciat que surrexit tu tene
membra. Noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Nichil
doctor hoc perclarius. Quid iam nisi ut exponam tibi fratres quod audisti.
Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare
adversarium tuum contra te. Tene pedes ne eant ad illicita. Libido
surrexit, tene tu membra. tene manus ab omni scelere. tene ocu-
los ne male attendant. tene aures ne verba libidinis libenter
audiant. tene totum corpus tene lata tene summa tene ima.
Quid facit libido. surgere novit vincere non novit. Surgendo
assidue sine causa discit et non surgere. Videamus ergo ad verba que
obscura de apostolo proposueram et plana certa videbimus. Hoc enim
proposueram. Quando non dixit apostolus Spiritu ambulate et concupiscentias carnis
ne habueritis quia necesse est ut habeamus illas. Quare ergo non dixit Con-
cupiscentias carnis ne feceritis quia facimus eas, concupiscimus ipsum
concupiscere est facere. Sed ait apostolus Iam non ego operor illud sed quod
habitat in me peccatum. ergo quod tibi tamen est hoc sine dubio ne
perficias. Surrexit libido damnabiliter surrexit. suggessit non au-
diatur. ardet non se consensit et intellegit ut non ardeat, et ubi est
ut non ea que multis faciat. Noli ardere membra ardeat sine
causa et consummat se. In te ergo fiunt ipse concupiscentie fateor est sunt,
Ideo dixit ne perfeceritis sed non perficiantur. Decrevisti facere perfecisti,
perfecisti etenim si decrevisti faciendum esse adulterium et ideo non fa-
cias quia locus non est vel quia oportunitas non datur quia forte illa
casta est de qua videris esse commotus. Ecce iam illa casta est, et
tu adulter es. Quare quia perfecisti concupiscentias. Quid est perfecisti.
In animo faciendum esse adulterium decrevisti. Iam quod absit sit
membra fuerint operata in morte devolutus es. Suscitat Christus
mortuam in domo filiam archisynagogi. In domo erat, elata
nondum erat. Sic est homo qui flagitium decrevit in corde mor-
tuus est sed intus latet. Si autem usque ad membrorum perpetrationem perve-
nit elatus est foras. Sed et iuvenem filium vidue suscitavit dominus
qui extra portam civitatis mortuus efferebatur. Sic ergo audeo quod
dicere decrevisti in corde tuo. Si revocatus ab actu tuo
sanatus eris antequam perpetres. Si enim egisti in corde tuo penitentiam
quia vere mala et scelesta et flagitiosa damnabiliter decreveras
ibi ubi mortuus latebas intus sic intus surrexisti. Si autem
perpetrasti iam foras elatus es. Sed hoc quod est dicat. Iuveni est dictum
surge et si perpetrasti et penitet attende p xpo vedi noli i
sepulturam venire. Sed et hic tamen mortuus est qui et productus est ad
sepulchra iam suppressit hic consuetudinis pondus moles enim terrea multum
premit. Multum enim excitatus est in flagitiis consuetudine sua
nimia perfundatur. Clamat et Christus Lazare prodi foras. Homo enim pessime
consuetudinis iam putet. Merito ibi Christus clamavit non solum clamavit
sed magna voce clamavit. Ad Christi enim clamorem et tales mor-
tui licet sepulti licet putentes resurgent, tunc et ipsi resurgent.

De tribus mortuis
filia
filio
Lazaro

De nullo enim iacente desperandum est sub tali suscitatore. Sermo beati
Augustini episcopi de tribus mortuis quos dominus suscitavit.

Miraculum domini nostri et salvatoris Ihesu Christi omnes quidem audientes
et credentes movent, sed alios atque alios, aliter atque aliter.
Quidam enim corporalia eius miracula stupentes, maiora intueri
non noverunt. Quidam vero ea que gesta audiunt in corporibus nunc amplius
in animis admirantur. Dicit ipse dominus: Sicut enim pater suscitat mortuos et vi-
vificat, sic et filius quos vult vivificat. Non utique alios filius,
alios pater, sed eosdem pater et filius, quia omnia pater per filium. Nemo ergo dubitet
qui christianus est et nunc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet oculos quibus
videre possit mortuos resurgentes. Ita ut resurrexit filius huius vidue
qui modo ex ewangelio recitatus est. Non autem videat homines resurgere mor-
tuos in corde nisi qui iam resurrexit in corde. Amplius
est resuscitare semper victurum quam suscitare iterum moriturum. De iuvene
illo resuscitato gavisa est mater vidua. De hominibus in spiritu cottidie
suscitatis gaudet mater ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore. Illi autem
mente. Illius mors visibilis visibiliter plangebatur. Illorum mors invisibilis
alibi nec querebatur nec videbatur. Quesivit ille qui noverat mortuos.
Ille solus noverat mortuos qui poterat facere vivos. Nisi enim ad
mortuos suscitandos venisset, non apostolus diceret: Surge qui dormis et
exsurge a mortuis et illuminabit te Christus. Dormientem audis cum dicit
Surge qui dormis, sed mortuum intellige cum audis Et exsurge a mor-
tuis. Dicuntur sepe morientes et mortui visibiliter et plane omnibus ei qui
potest excitare dormiunt. Mortuus enim tibi mortuus est qui quantumlibet
pulses, quantumlibet voces, quantumlibet lanies, non expergiscitur. Christo autem ille
dormiebat cui dictum est: Surge, et continuo surrexit. Nemo tam facile
excitat in lectulo quam facile Christus in sepulcro. Tres autem mortuos invenimus
a domino resuscitatos visibiliter, milia invisibiliter. Quot autem visibiliter
mortuos suscitaverit quis novit? Non enim omnia que fecit scripta sunt.
Iohannes hoc dixit: Multa alia fecit Ihesus que si scripta essent arbitror
totum mundum non posse libros capere. Multi ergo alii sine studio
suscitati, fortasse suscitati, sed non frustra tres commemorati. Dominus
enim noster Ihesus Christus ea que faciebat corporaliter et spiritualiter volebat intelligi.
Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat, sed ut illa que facie-
bat mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Quemadmodum
qui videt in codice litteras optime scripto et non novit legere, laudat
quidem antiquariorum manum, admiratur apicum pulchritudinem, sed quid sibi
velint, quid intelligent, quid indicent illi apices nescit, et est
oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem et laudat artificium
et capit intellectum. Ille utique non solum videre quod commune est omnibus potest, sed et
legere quod qui non didicit non potest. Ita qui viderunt Christi miracula et non
intellexerunt quid sibi vellent et quid intelligentibus quodammodo innue-
rent, mirati sunt tantum quia facta sunt. Alii vero et facta mirati et intellecta assecuti.
Tales nos in scola Christi esse debemus. Qui enim dicit Christum propterea fecisse miracula ut non

Christus que faciebat corporaliter
volebat intelligi spiritualiter.

erit in miraculo. propter illud dictum est nesciebat quod non esset tempus pomorum qui fici
quesivit in arbore. Non enim erat illius pomi tempus sicut evangelista testatur. Et tamen
esuriens poma querebat in arbore. Christus nesciebat quod rusticus scie-
bat. quod noverat arboris cultor non noverat arboris creator.
Cum ergo esuriens poma querebat in arbore significavit se aliud esurire
et aliud querere. Et arborem illam sine fructu foliis plenam reperit et ma-
ledixit et aruit. Quid arbor fecerat fructum non afferendo. que culpa
arboris infecunditas. Sed sunt qui fructum voluntate dare non possunt. Illorum est culpa
sterilitas quorum fecunditas est voluntas. Erant ergo iudei habentes verba legis
et facta non habentes pleni foliis et fructum non ferentes. Hec dixi ut persua-
derem dominum nostrum Ihesum Christum ideo miracula fecisse ut ad illis miraculis aliquid signi-
ficaret ut excepto eo quod mira et magna et divina erant aliquid inde et disceremus.
Filia Videamus ergo quid nos discere voluit in tribus mortuis quos suscitavit. Resus-
citavit filiam mortuam archisynagogi ad quam egrotantem petebatur
ut eam de egritudine liberaret. et cum pergeret mortua nuntiatur et quasi iam frustra
fatigaretur renuntiatum est patri. Ecce puella mortua est quid adhuc
fatigas magistrum. Ille autem perrexit et ait patri puelle. Noli timere tantummodo
crede. Venit ad domum et invenit iam obsequia funeri debita preparata
et dixit illis. Nolite flere. Non enim mortua est puella sed dormit. Verum dixit.
Dormiebat sed illi a quo poterat excitari. Hanc excitatam reddidit
Filius vivam parentibus. Excitavit et huius iuvenem vidue filium de quo nunc
admoniti sumus. quoniam hinc ista que ipse largitur dignatur cum nostra caritate
loquerentur. Ipso audistis quomodo excitatus est. Appropinquabat dominus civitati et
ecce efferebatur mortuus iam extra portam. Misericordia commotus quod flebat mater vidua
et destituta unico filio fecit quod audistis dicens. Adolescens tibi dico surge.
Lazarus Surrexit ille mortuus cepit loqui et reddidit illum matri sue. Exci-
tavit et Lazarum de sepulchro. et ibi cum egrotantem sciret discipulis cum quibus
loquebatur. Diligebat autem illum. Lazarus inquit amicus noster dormit. Illi
putantes somnum egri salubrem. Si dormit inquiunt domine salvus est.
Et ille. Dico vobis apertius iam loquens. Lazarus amicus noster mortuus est.
Utrumque verum dicens. mortuus est vobis. dormit michi. Ista tria genera mor-
tuorum sunt tria genera peccatorum quos hodie Christus suscitat. Illa enim mortua
filia archisynagogi intus erat in domo. nondum erat de secretis parietum
elata in publicum. Ibi intus suscitata est et viva parentibus reddita.
Iste autem iam quidem non in domo sed tamen nondum in sepulchro. parietibus elatus
erat. tumulo mandatus non erat. Qui suscitavit mortuam nondum elatam
suscitavit mortuum iam elatum nondum sepultum. Tertium restabat ut et sepul-
tum suscitaret et hoc fecit in Lazaro. Sunt ergo qui peccatum intus in corde habent
1 in facto nondum habent. Nescio quis commotus est aliqua concupiscentia. Dominus enim dicit ipse. Qui
Cor. 8. viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est eam in corde suo.
Nondum accessit corpore consensit in corde. mortuum intus habet nondum extulit.
Et sicut fit ut novimus cottidie in se homines experiuntur. aliquando audito
verbo dei tamquam domino dicente surge condempnatur consensus ad iniquitatem respirant in

salute atque iusticia. Surgit mortuus in domo, reviviscit cor in cogita-
tionis secreto. Ista est resurrectio anime mortue intus intra la-
tebras consciencie tamquam intra domesticos parietes. Alii post consensum eunt in 2
factum tamquam efferentes mortuum ut quod latebat in secreto appareat in
publico. Numquid iam isti qui in factum prorumpunt desperati sunt? Nonne et illi Ope
iuveni dictum est: Tibi dico surge? Nonne et ille redditus est matri sue? Sic ergo
et qui iam fecit, si forte commonitus et commotus verbo veritatis ad vocem ve-
ritatis surgens vivus redditur; potuit perire, tamen perire non potuit. Tertii 3
autem faciendo quod malum est, etiam mala consuetudine se implicant,
ut ipsa consuetudo mali non eos sinat videre quod malum est; fiunt defen- Consuetudo
sores malorum factorum suorum, irascuntur cum reprehenduntur, in tantum ut Sodo-
mite quondam dixerint viro iusto reprehendenti nequiciam nostram: Ve-
nisti habitare, non leges dare; tanta enim ibi nefande turpitudinis
consuetudo erat, ut iam nequicia esset iusticia et prohibitor pocius repre-
hendetur quam factor. Tales consuetudine maligna pressi tamquam sepulti sunt.
Sed quid dicam fratres? ita sepultus, sicut de Lazaro dictum est, iam putet.
Moles illa imposita sepulcro ipsa est violenta vis consuetudinis qua premitur anima
nec resurgere nec respirare permittitur. Dictum est autem: quatriduanus est.
Revera ad istam consuetudinem de qua loquor quodam progressu per- titillacio
venit anima. Prima enim quasi titillacio delectacionis in corde, secundo Consensus
consensio, tertio factum, quarto consuetudo. Sunt enim qui res illicitas ob- Opus
sensibus cogitacionibus suis prorsus ita abiciunt ut nec delectentur. Sunt qui Consuetudo
delectantur et non consentiunt; nondum perfecta mors est, sed quodammodo incho-
ata. Delectacioni accedit consensio, iam illa dampnacio. Post consensionem in factum
proceditur, factum in consuetudinem vertitur, et fit quedam desperacio ut dicatur
quatriduanus est, iam putet. Venit ergo dominus cui utique facilia erant
omnia, et difficultatem quandam ostendit. Ubi infremuit spiritu, ostendit multo
clamore obiurgacionis opus esse ad eos qui consuetudine duruerunt.
Tamen ad vocem clamantis domini rupta sunt vincula necessitatis, tremuit
inferni dominacio, redditus est Lazarus vivus. Liberat enim dominus de mala
consuetudine quatriduanos mortuos. Nam ipse quatriduanus dormiebat. Sed quid ait? Videte genus
pro revolventi resuscitatio dormiebat. Sed quid ait? Videte genus
resurrexionis. Processit de monumento vivus et ambulare non poterat.
Et ait ad discipulos dominus: Solvite eum et sinite abire. Ille suscitavit
mortuum, ipsi solverunt ligatum. Ad quid pertineat videte ad ipsam
maiestatem dei suscitantis. Increpatur dei mala consuetudine positus
verbo veritatis. Quam multi increpantur et non audiunt. Cuius ergo agit
intus cum illo qui audit? Quis intus inspirat vitam? Quis est qui
secreta pellit mortem, secreta dat vitam? Nonne post obiurgaciones
post increpaciones dimittuntur homines cogitacionibus suis et incipiunt
secum volvere quam mala vita gerat, quam pessima consuetudine
premat? Deinde displicentes sibi mutare vitam instituunt. Resur-
rexerunt isti, reviviscunt quibus displicet quod fuerunt. Sed reviviscentes
ambulare non possunt; sunt vincula reatus. Opus est ergo ut qui re-
vixit solvatur et ire permittatur; hoc officium discipulis dedit quibus ait: Que
solveritis in terra soluta sunt et in celo. Sed ergo karissimi sic audiamus ut quod

vivunt vivat, qui mortui sunt reviviscat. Si vero adhuc peccatum in
corde conceptum et non processit in factum peniteat, corrigat cogitationem
surgat mortuus intra domum conscientie. Si vero iam quod cogitavit
admisit nec sic desperet; non surrexit mortuus intus, surgat elatus
peniteat factum, de proximo reviviscat. Non eat in profunda sepulture
non accipiat desuper consuetudinis molem. Sed forte iam illi
loquor qui iam duro suo mortis lapide premitur, qui iam urgetur
consuetudinis pondere, qui iam quatriduanus putet. Nec ipse desperet
profundius mortuus est, sed elatus est Christus. Novit fremens clamando onera
rumpere. Novit interius per seipsum vivificare solvendum discipulis tradere.
Agant et hic penitentiam. Neque enim Lazaro resuscitato post quatriduum
ullus putor in vivente remansit. Ergo qui vivunt vivant, et quicumque
mortui sunt in quacumque harum trium mortium se inveniunt agant
ut celeriter resurgant. Sermo beati Augustini episcopi super Iohannem.
Scrutamini scripturas

Ad ecclesiasticam lectionem que recens
sonuit in auribus nostris adiutante caritate vestra domino pauca
loquimur que dominus donat. Ad iudeos dominus Ihesus loquebatur
et dicebat eis: Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam eternam
habere, ipse testimonium perhibent de me. Deinde post paululum: Ego
veni in nomine patris mei et non accepistis me. Si alius
venerit in nomine suo illum accipietis. Deinde post paululum: Quomodo potestis
vos credere gloriam ab invicem expectantes et gloriam que a solo deo
est non querentes. Ad extremum ait: Nolite putare quia ego vos accusaturus sum apud patrem;
est qui vos accuset Moyses in quem vos speratis. Si enim crederetis
Moysi crederetis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius
litteris non creditis quomodo verbis meis credetis. Ad hec proposita nobis dominus
... salvatoris audite pauca non mandanda
... sed appetenda. Nam ista omnia facile est intelligere. De iudeis sed cavendum est
ne tu illos nimis attendimus a nobis oculos auferamus. Discite
cum suis dominus loquebatur et utique quod illis loquebatur et nobis posteris
loquebatur. Neque enim ad illos pertinet quod ait: Ecce ego vobiscum
sum usque ad consummationem seculi, sed ad omnes et post ea futuros per annos
et usque in finem seculi perventuros. Loquens ergo ait illis: Cavete a fermento
phariseorum. Hoc putaverunt eum dixisse quia panes non tulerant.
Non intellexerunt quia cavete a fermento phariseorum hoc dictum est:
Cavete a doctrina phariseorum. Que est doctrina phariseorum nisi
quam modo audistis: gloriam ab invicem querentes, gloriam ab invicem
expectantes et gloriam que a solo deo est non querentes. De his apostolus
Paulus ita dicit: Testimonium eis perhibeo quia zelum dei habent sed non secundum scientiam.
Zelum quidem eum dei habent. Novi sicut apud illos fui, et fui zelum dei
habens sed non secundum scientiam. Quid est hoc, apostole: non secundum scientiam? Expone nobis quam
commendas scientiam quam dolebas illis non esse et nobis inesse. Sequatur
adiunxit et quod clausum posuerat aperuit. Quia zelum dei habent sed
non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iusticiam et suam volentes constituere

hec est gloriam ab inuicem exspectare et gloriam que a solo deo est non querere
hoc est fermentum phariseorum ab hoc cauere dominus iubet. Sed seruus iubet
et dominus iubet. Caueamus ne audiamus, Et quid michi dicitis
domine domine et non facitis que dico. Relinquo ergo paululum iudeos de
quibus dominus loquebatur. Forsitan audiunt nos. Noluerunt ipsum exurgere a mortuis
falsa testimonia in dominum preparauerunt ut dampnaretur ipse, alia testi-
monia emerunt pecunia quam mortuum. Quando eis dicimus: Credite
in ipsum. Audiet nos. In homine mortuo credituri sumus? Cum autem
addimus: Sed resurrexit, videt absit. Discipuli eius furati sunt
eum de sepulchro, clamat falsitas iudeorum emptoribus et conterunt in te
dum redemptoris. Quod loquimur in dolore penitentibus cum pecunia
emerunt. Hic ite remansit quod emerunt. Attende potius eum
qui emit te, non qui mendacium emit. Sed istos ut diximus
relinquamus, istos attendamus fratres uobis cum quibus agimus. Maximo
caput est et corpus. Caput in celo est, corpus in terra est. Caput dominus est, corpus ecclesia — Christus caput
eius est. Sed meminisse debetis. Erunt duo in carne una. Sacramentum hoc — Christus corpus
magnum est ait apostolus. Ego autem dico in Christo et in ecclesia. Ergo duo sunt in car-
ne una, duo sunt in voce una. Caput meum dominus Christus loquitur et ad
iudeos ea que audiuimus cum euangelium legeretur. Caput ad inimicos
suos loquatur et corpus ad inimicos suos loquatur, et corpus id est ecclesia
ad inimicos suos. Nostis ad quos loquatur. Quid hoc loqui? Non
dixerunt uox una sit quia caro una, una uox una. Hoc ergo illius dicam
uoce ecce loquor: O fratres filii dispersi omnes errantes vani
precisi. Quid nos calumpniamini quia me non agnoscitis? Scrutamini
scripturas in quibus putatis uos uitam eternam habere. Ipse testimonium perhibent
de me. Iudeis dicit caput meum quod nobis corpus dicit: quaeritis me
et non inuenietis. Quare? quia non scrutamini scripturas que testimonium per-
hibent de me. Testimonium pro capite. Abrahe dicte sunt promissiones
et semini eius. Non enim dicit et seminibus tamquam in multis sed tamquam in uno et semi-
ni tuo quod est Christus. Testimonium pro corpore ad Abraham quod commemo-
rauit apostolus Abrahe dicte sunt promissiones. Viuo ego dicit dominus per
meipsum iuro quia obaudisti uocem meam et non pepercisti dilecto
filio tuo propter me, nisi benedicens benedicam te et implendo implebo
semen tuum sicut stellas celi et sicut arenam maris et benedicentur
in semine tuo omnes gentes terre. Habes testimonium pro capite, habes pro corpore.
Audi adhuc utrumque una summa complexum pro corpore et pro capite. De
resurrectione Christi propheta loquebatur: Exaltare super celos deus, quantum pro corpore
et super omnem terram gloria tua. Audi testimonium pro capite: Foderunt
manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea, ipsi uero consi-
derauerunt et conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestem
meam miserunt sortem. Audi quantum pro corpore post pauca uerba: Commemo-
rabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terre, et adorabunt in conspectu eius
uniuerse patrie gentium quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium.
Audite pro capite: Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

In ipso pro audi pro corpore. In manifestum exiuit sonus eorum et in fines orbis
terre uerba eorum. Hec uidebis et ista nunc cerne quia istas scripturas ueteris
testamenti et iudei accipiunt et nunc ista accipiunt. Sed ipsum Christum quem
illi non accipiunt videamus si isti accipiunt. Dicat et ipse dicat et pro
se qui caput est et pro corpore suo quod est ecclesia quia et in nobis caput loquitur pro corpore.
Audi pro capite. Resurrexit a mortuis inuenit discipulos hesitantes
dubitantes pre gaudio non credentes. aperuit illis sensum ut intelligerent
scripturas et dixit eis. Quia sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et resurgere
a mortuis tertia die. Hec pro capite. Dicat et pro corpore. Et predicari in nomine
eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab
ierusalem. Dicat ergo ecclesia inimicis suis dicat plane non tacet. Sed si illi audiunt.
Dicat. Fratres audistis testimonia. Iam nostis me. Scrutamini scripturas
dicat. Fratres audistis testimonia. Iam nostis me scrutamini scripturas in quibus putatis uos uitam eternam habere. ipse testimonium perhibent de
me. Quae diximus non solum de meo sed de duobus meis. Et tu adhuc aduersari
mihi. Adhuc tergiuersaris. Quia non potestis in credere gloriam ab inuicem expectantes
et gloriam que a solo deo est non querentes. quia ignorantes dei
iustitiam et suam uolentes constituere. Iustitie dei non estis subiecti. Quid est ad
ignorare dei iustitiam et suam uelle constituere nisi dicere ego iustifico
ego iustifico. quod ego dedero hoc sanctum est. Dimitte deo quod dei est
agnosce homo quod hominis est. Ignorabis dei iustitiam et tuam uis constituere.
Iustificate me uis. sufficit tibi ut metum iustificeris. De antichristo
dominus et omnes sic intelligunt quod ait dominus. Ego ueni in nomine
patris mei et non suscepistis me. si alius uenerit in nomine suo hunc
suscipietis. Sed audiamus et iohannem. Audistis quia antichristus uenit
et nunc antichristi multi facti sunt. Quid ait expauescimus in antichristo in quo
nomen suum honoratur et nomen domini contemptum. Quid aliud facit
qui dicit ego iustifico. uideamus ei. Ego ad christum ueni non pedibus
sed corde ueni. ubi enim eum audiui ibi credidi ibi baptizatus
sum quia in christum credidi in deum credidi. Et ille. Non es mundus. Quare
sum quia non ibi fui. Dic quare non sum mundus homo qui baptizatus sum in
ecclesia homo qui baptizatus sum ubi erat apud ephesios ad
quos data epistolam legistis quorum patres spiritibus. Ecclesia ad ephesios
quos scripsit apostolus fundata est ecclesia manet usque nunc et nouimus
manet multiplicatur manet tenet quod accepit ab apostolo
Si quis annuntiauerit uobis preter quam quod accepistis anathema sit.
Quid ergo quia non dicis mundus non sum. Ibi baptizatus mundus non sum. Sed
quare quia ibi non fui. Sed quia ubique est ibi non fuit et
non es. Quare quia ego ibi non fui. tu nescio unde uenientes. Imo non uenientes
cui ignorans credidi. tu nescio unde uenires. Imo non uenientes
sed uolebant ego ad te uenirem. hic positus dicis mundus non es. Vere
baptizatus quia ego ibi non fui. uide quis ibi fuit. quia dominus est iohannes
baptizat. Super quem uideris spiritum descendentem quasi columba hic est qui baptizat.
Ipsum habes querentem te. Imo quia non ab ipso baptizato uidisti
ipsum perdidisti. Intelligite ergo fratres mei uocem meam et illorum
et uidete quod eligatis. Nos hoc dicimus siue sanctus dicatur siue iniqui

zh'n magis ipe sciat, vos i nob spem no ponatis, qualescunq sumus si
boni sumus facite quod scriptum e imitatores mei estote sicut et e-
go xpi. Si aut mali sumus nec sic deserti estis nec sic sine consilio rema-
sistis. Audite dicentem. Que dicunt facite, que aut faciunt facere no-
lite. Illi aut qui nisi boni sumus perijstis. Ecce aliq e qui venit i
noie suo. Ergo vita mea ex te pendebit et salus mea ex te veli:
gabit. Itane oblitus sum fundamentum meum nomine petra erat xpc
nomine qui edificat sup petram ipm non decepit ventus flumina
pluvia. Veni ergo mecum sinis sup petram et noli in uelle esse pp petr.
Dicat ergo et novissimum id etiam. Si credereis moysi crederetis et mi-
chi de me enim ille scripsit qr corpus sum eius de quo scripsit aut et de
ecclesia et de ecclesia moyses scripsit. Nam moysi uba dixi In semine
tuo benedicentur omnes gentes. Moyses hoc in primo libro scripsit. Si cre-
deretis moysi crederetis et xpo. Qui moysi uba contempsistis nunc
ut xpi uba contempnatis. Habent inquit moysen et prophetas. Respondit ab-
raham. Si quis a mortuis venit ipm audient. Et ille. Si
moysen et prophetas non audiunt nec si quis a mortuis resurrexerit
credent. Hoc de iudeis dixit. Ergo non dicit de hereticis a mor-
tuis resurrexit qui dicebat. Oportebat xpm pati et re-
surgere a mortuis tercia die. Hoc credis. Credo inquit. Credis
que non credis quod sequitur. Quia credis oportebat xpm pati et re-
surgere a mortuis tercia die. Hoc de capite dixit. Credere quod
sequitur de ecclesia predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum
per omnes gentes. Que credis de capite et non credis de corpore
Quid tibi fecit ecclesia ut camelus quidam decollare tollere velis
ecclesie caput et capiti credere corpus relinquere quod exsecuere corpus
sine ecclesia capiti quasi famulus devotus blanditur qui decollare
vult et caput et corpus conatur occidere. Erubescant negare
xpm et non erubescunt negare uba xpi. xpm nunc nos vidimus
et audivimus nec nos. Iudei viderunt et occiderunt. Nos non vidimus et
credimus. Ubi aut praeponimur nobis sed comparate nos iudeis. Illi con-
tempserunt pendentem in ligno. Nos colimus sedentem in celo
Illis subsannantibus stetit titulus xpi. Vos stantibus delere vultis nomen
xpi. Ergo quid restat fratres nisi dicamus et pro superbis oremus
Ergo quid restat. Dicamus pro illis deo. Cognos-
et prelatis qui se sic extollunt. Dicamus pro illis deo cognos-
cant quia nomen tibi dominus et non hominibus sed tu solus altissimus
super omnem terram. Decco ubi dicit. Qui manducat carnem
meam et bibit sanguinem meum
Sicut audivimus cum sanctum evangelium
legeretur dominus ihesus xpc exhortatus est promissione vite eterne
ad manducandam carnem suam et bibendum sanguinem suum
Qui audistis hec aliqui hoc iam facitis, aliqui nondum. Qui iam bap-
tizati et fideles estis quid dixit nostis. Qui aut inter vos adhuc
cathecumini vel audientes vocantur potuerunt esse cum legeretur au-
dientes nunquid et intelligentes? Ergo sermo meus ad utrosque dirigitur
Qui iam manducat carnem domini et bibit sanguinem eius cogitet quid

manducet et quid bibat. Nesciat apud vos Judicatus manducat et
bibit. Qui autem nondum manducat et nondum bibit ad tales epulas
invitati festinetis. Per istos dies magistri pascunt, Christus cottidie pascat.
Mensa ipsius est illa in medio constituta. Quid causae est, o audientes,
ut mensam videatis et ad epulas non accedatis? Et forte modo cum
evangelium legeretur dixistis in cordibus vestris, putamus quid est quod dicit:
Caro mea vere esca est et sanguis meus vere potus est. Quomodo manducatur
caro domini et bibitur sanguis domini, putamus quid dicit? Quis tecum te clausit
ut hoc nescias? Velatum est, sed si volueris erit revelatum. Accede ad pro-
fessionem et solvisti questionem. Quod enim dixit dominus Ihesus iam fideles nove-
runt; tu autem cathecuminus diceris, audiens et surdus es. Aures enim
corporis patentes habes, quia verba que dicta sunt audis, sed aures cordis adhuc
clausas habes, quia quod dictum est non intelligis. Disputo non dissero.
Ecce pascha est, da nomen ad baptismum. Si non te excitat festivitas,
ducat ipsa curiositas, ut scias quid dictum sit: Qui manducat car-
nem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in illo. Ut scias
quid dictum sit, pulsa et aperietur tibi. Et ut ego dico: pulsa et aperietur tibi,
Ita et ego pulso: aperi. In auribus persono, ad pectus pulso. Sed catecumini
exhortandi sunt, fratres mei, ut ad tantam gratiam regenerationis accedere n[on]
... nos cautela ... edificandi fidelibus ut possint eos
movere. Quanta nos ... talem epulam in iudicium manducent et bibant,
qui accedunt non et tales epulas; in iudicium manducet et bibat. Bene vivat. Estote exhor-
tatores non sermonibus sed moribus vestris, ut illi qui non sunt baptizati sic
festinent sequi vos ut non pereant imitando. Qui coniugati estis, fidem
thori servate uxoribus vestris. Reddite quod exigitis. Vir a femina
exigis castitatem, prebe illi exemplum, non verbum. Tu es caput, quo is vide.
Hac enim debes ire qua illi non sit periculosum sequi, immo turpe qua
illuc debes ambulare. Ab imbecilliori sexu exigis
venis, eam sequi illuc debes; quamquam ambo habetis qui fortior est
fortitudine. Carnis quoniam multi viri vincuntur a feminis,
... vincat, et tamen quod dolendum est multi viri ... noluit et ideo quia non servat se.
Servat femina castitatem quam vir servare noluit, qui plus sit fortior sexu, ut eum facilius subi-
viros videri voluit, qui plus sit fortior sexu ... fortior femina vir cap-
et inimicus luctatur plus cum ... pugnat cum viro, fortior femina ... corpus
et femine. Femina pugnat et vincit, tu hosti succumbis. Stat corpus
et iacet caput. Qui autem uxores nondum habetis et tamen ad mensam dominicam
iam acceditis et carnem Christi manducatis et sanguinem bibitis, si ducturi
estis uxores, servate vos uxoribus vestris. Quales eas vultis
invenire, tales vos debent et ipse invenire. Quis iuvenis est
qui non castam velit ducere uxorem? Et si accepturus est virginem, quis
non intactam desiderat? Intactam queris, intactus esto. Puram queris,
noli esse impurus. Non enim illa potest et tu non potes; si fieri non posset, nec illa
posset. Quando illa potest, docet te quia fieri potest; et illa ut possit, deus regit.
Sed tu gloriosior eris si feceris. Quare gloriosior? Illa premitur parentum custodia,
refrenat inferiorem sexum ipsa verecundia, postremo leges timet,
quas tu non times; ideo ergo gloriosior eris si feceris, quia tu si feceris deum
times. Habet illa multa que timeat preter deum; tu solum deum times, sed tu quem

timere maiorem omnibus, ipse timendus et in publico, ipse in secreto. Procedis,
videris; intras, videris; lucerna ardet, videt te; lucerna extincta
est, videt te; in cubiculum intras, videt te; in corde versaris, videt te.
Ipsum time, illum cui cura est ut videat te, et vel timendo castus esto.
Aut si peccare vis, quere ubi te non videat, et fac quod vis. Qui autem non
iam nupsisti, corpora vestra castigate et compescite freno ut ad
ipsa que promissa sunt perveniatis vel ad ipsa accedatis, ut non solum a concubitu illi-
cito vindicatis, sed et licitum contemperatis. Asperum videtur dicere in coniugi-
bus? sexus sit, sive mares sive femine, angelorum vita vos ducat.
Vita angelica enim non nubunt neque uxores ducunt. Hoc erunt cum resurr-
rexerimus. Quanto vos meliores qui iam ante esse incipitis quod illi homines post resurrectionem
hoc vos incipitis esse ante mortem. Servate gradus vestros, servat enim Deus
vos honores vestros. Comparata est resurrectio mortuorum stellis in celo constitutis.
Stella enim ab stella differt in gloria, ut apostolus dicit. Sic et resurrectio mortuorum.
Aliter ibi lucebit virginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalis,
aliter ibi lucebit sancta viduitas. Diverse lucebunt, sed omnes ibi erunt,
splendor dispar, celum quod. Cogitate ergo gradus vestros, servate
et professiones vestras. Accedite ad carnem Domini, accedite
ad sanguinem Domini. Quisquis se scit aliud esse non accedat. Compungimini
magis sermone meo. Congratulantur enim qui sciunt servare quod coniugibus
quod a coniugibus exigitur, qui sciunt servare omnimodo continentiam.
Si hec Deo vovit, quicumque audiunt me dicere: quicumque non
servatis castitatem, nolite accedere ad illum panem. Contristantur.
Et ego nollem hoc dicere, sed quid faciam? timebo hominem et tacebo veritatem?
Et ego nollem hoc dicere, sed quid faciam? timebo hominem et tacebo veritatem?
Et si illi servi non timent Dominum, et ego non timeam, quando non sciat Dominum
quia si illi servi non timent Dominum, et ego non timeam, quando non sciat Dominum
esse. Serve nequam et piger, tu dices: et ego exigerem. Ecce dedi
ante Deum meum, ecce in conspectu tuo et angelorum tuorum, tecum
ipsi Domine Deus meus, ecce in conspectu tuo et angelorum tuorum, et in spiritu prope
plebis tue erogavi pecuniam tuam. Timeo enim iudicium tuum.
Ego dedi, tu exige. Et si non dicam, sumus Deus ergo hoc potius dico:
ego dedi, tu exige. Et si non dicam, ... fac pudicos qui sunt impudi-
ego dedi, tu converte, tu perfice. Fac pudicos qui sunt impudi-
ci, ut simul in tuo conspectu cum iudicium venit gaudeamus. Et qui
erogavi, et tam erogatum est. Placet hoc, placet. Quicumque impu-
dici estis, corrigite vos dum vivitis. Ego enim verbum Dei loqui possum,
impudicos autem in negligentia perseverantes de iudicio et damp-
natione liberare non possum. Incipit tractatus in evangelio secundum Iohannem de muliere deprehensa
in adulterio. 10

Meminit caritas vestra hesterno sermone ex
occasione lectionis evangelii locutos nos esse vobis de Spiritu sancto.
Cum ad hunc potandum credentes in se Dominus invitasset, inter eos locutus est
inter eos qui illum tenere cogitabant et interficere cupiebant nec va-
lebant quia ille nolebat. Cum ergo hec locutus esset, nata est de illo in
turba dissensio, aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicentibus quod
de Galilea non exsurgeret Christus. Qui autem missi fuerant ut eum tenerent,
redierunt immunes a crimine et pleni admiratione. Nam et testimonium
perhibuerunt divine doctrine, cum dicerent a quibus missi erant: Quare non
adduxistis eum? Responderunt numquam se audisse hominem sic locutum.

non enim sic quisquam locutus est homo. Ille autem sic locutus est quia deus erat et homo. Tunc
pharisei testimonium eorum repellentes dixerunt: Numquid et vos seducti
estis? Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius. Numquid aliquis de
principibus credidit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec que non novit legem
maledicti sunt. Qui non noverant legem ipsi credebant in eum qui miserat
legem, et contemnebant illi qui docebant legem, ut impleretur quod dix-
erat ipse dominus: Ego veni ut non videntes videant et videntes ceci
fiant. Ceci enim facti sunt pharisei doctores, illuminati sunt populi legem nescien-
tes et in auctorem legis credentes. Nicodemus tamen unus ex phariseis
qui ad dominum nocte venerat et ipse quidem non incredulus sed timidus.
Nam et nocte venerat ad lucem quia illuminari volebat et sciri timebat.
Respondit iudeis: Numquid lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius
et cognoverit quid faciat? Volebant illi perverse ante esse damnatores quam
cognitores. Sciebat enim Nicodemus vel potius credebat quia si
tantummodo vellent eum patienter audire, forte similes fierent illis qui missi sunt
tenere et maluerunt credere. Illi responderunt ex preiudicio cordis sui quod
illi: Numquid et tu galileus es? id est quasi a galileo seductus. Dominus enim gali-
leus dicebatur quia de civitate nazareth erant parentes eius. Ex maria
dixi parentes non semine virili. Non enim quesivit in terra patrem qui iam habebat
patrem desuper. Nam utraque nativitas eius mira fuit: divina sine ma-
tre, humana sine patre. Quid ergo illi quasi legis doctores ad nicodemum?
Scrutare et vide quia propheta a galilea non surgit. Sed dominus prophetarum
inde surrexit. Et reversi sunt unusquisque in domum suam. Inde Iesus perrexit
in montem. Montem autem oliveti, in monte fructuoso, in monte unguenti,
in monte crismatis. Ubi enim decebat docere christum nisi in monte oliveti,
in monte crismatis? Christi enim nomen a crismate dictum est. Chrisma autem grece latine unctio
nuncupatur. Ideo nos unxit quia luctatores contra diabolum fecit. Et diluculo
iterum venit in templum et omnis populus venit ad eum et sedens docebat eos.
Et non tenebatur quia nondum pati dignabatur. Nunc iam attendite ubi ab
inimicis temptata sit mansuetudo domini. Adducunt autem illi scribe et
pharisei mulierem in adulterio deprehensam et statuerunt eam in medio et
dixerunt ei: Magister, hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem
moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec dicebant
temptantes ut possent accusare eum. Unde accusare? Numquid ipsum in aliquo
facinore deprehenderant? aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse
dicebatur? Quid ergo temptantes ut possent accusare eum intelligimus,
fratres? admirabilem mansuetudinem in domino preeminuisse. Animadverterunt
eum nimium esse mitem, nimium esse mansuetum. De illo quippe fuerat ante
predictum: Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Specie tua et
pulchritudine tua et intende prospere procede et regna propter veritatem et mansuetudinem
et iustitiam. Ergo attulit veritatem ut doctor, mansuetudinem ut
liberator, iustitiam ut cognitor. Propter hec eum esse regnaturum in spiritu sancto
propheta predixerat. Cum loquebatur veritas agnoscebatur. Cum adversus inimicos
non movebatur mansuetudo laudabatur. Ergo de duobus istis id est de veritate et

Christus attulit 3: Veritatem, Mansuetudinem, Iustitiam

mansuetudo eius inimicis lingua et invidia torquentibus innotuit. In iustitia
scandalum posuerunt. Quare? quia lex iusserat adulteros lapidari. Et
utique quod iniustum erat lex iubere non poterat. Si quis aliud diceret
quam lex iusserat iniustus reprehenderetur. Proposuerunt ergo apud semetipsos
veracem putatum mansuetum nimis. De iustitia illi quaerenda calumnia est.
Offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam dicamus de illa quod in
lege scriptum est. Si eam iusserit lapidari mansuetudinem non habet; si eam di-
mitti censuerit iustitiam non tenebit. Ut autem mansuetudinem inquiunt
non perdat quia iam populo amabilis factus est sine dubio dimitti iubebit.
dam̄ ergo et hinc nos inveniemus occasionem accusandi et reum faciemus
tamquam legis praevaricatorem dicemus ei. Hostis es legis, contra Moysen vn-
des, immo contra eum qui per Moysen legem dedit dicis. Reus es mortis, et tu cum
illa et ipse lapidandus es. Possunt his verbis atque his similibus inflammari
invidia, fervere accusatio, flagitari damnatio. Sed unde hoc? perversitas
rectitudini, falsitas veritati, curvum directo, stulticia sapientiae. Quando illi
laqueos pararent in quos non ipsi prius caput non inicerent? Non e(st)
captus cui tendebat, quando crediderunt in eum qui eos posset de
laqueis eripere. Ecce dixit verum dominus et iustitia servatur et a mansue-
tudine non recessurus. Ecce enim veritas dominus Ihesus quid veritas mitas qui
veritas sapientia quod veritas ipsa cui calumnia parabatur iustitia. Non dixit
non lapidetur ne contra legem dicere videretur. Absit autem ut diceret lapidetur,
venit enim non perdere quod invenerat sed quaerere quod perierat. Ergo vn̄
videte quam plena est iustitia, plena mansuetudine et veritate. Qui sine peccato
est vestrum primus in illam lapidem mittat. O responsio sapientiae quomodo eos
intromisit in se foris, cum calumniabantur se ipsos intus non per-
scrutabantur. Adulteram videbant sed non respiciebant. Praevarica-
tores legis legem implere cupiebant et hoc calumniando non ve-
rum adulteria castitate damnando. Audistis Iudei, audistis Pha-
risei, audistis legis doctores legis custodem, sed nondum intellexistis
legislatorem. Quid aliud vobis significat cum digito scripsit in terra? Digito enim
dei lex scripta est sed propter duros in lapide scripta est. Nunc dominus iam
in terra scribebat quia fructum requirebat. Audistis ergo impleatur lex,
lapidetur adultera, sed numquid quia punienda est lex implenda est
a puniendis. Consideret se unusquisque vestrum, intret in semetipsum,
ascendat in tribunal mentis suae, constituat se ante cogitationem
suam, cogat se confiteri. Scit enim qui sit quia nemo scit hominum quae
sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Unusquisque in se intendens
peccatorem se invenit. Ita plane. Ergo aut istam dimittite aut simul cum illa
penam legis excipite. Si diceret lapidetur mansuetus non videretur;
sed quod dixit dixit et mansuetus et iustus. Qui sine peccato est vestrum primus in
illam lapidem mittat. Haec vox iustitiae est: puniatur peccatrix sed non a pec-
catoribus, impleatur lex sed non a praevaricatoribus legis. Haec vox iustitiae
est omnino qua iustitia illi tamquam trabali telo percussos inspicientes et

Peccatum debet puniri
ab innocentibus

vero iuvenes et senes unus post unum omnes recesserunt, relicti sunt duo miseria et
misericordia. Dominus autem cum eos illo telo iusticie percussisset, nec dignatus est eos
attendere sed auerso ab eis obtutu rursus digito scribebat in terra.
Relicta autem illa sola muliere omnibusque abeuntibus leuauit oculos su-
os ad mulierem. Audiuimus vocem iusticie, audiamus et mansuetudinis. Puto enim
credo territa erat illa mulier cum audisset a domino dictum: Qui sine peccato est
vestrum prior in illam lapidem mittat. Illi cum attenderent et ipso abscessu con-
fusi dereliquerunt mulierem cum magno peccato ei qui erat sine peccato. Et
quia illa hoc audierat: Qui sine peccato est vestrum prior in illam lapidem mittat,
ab illo se puniendam sperabat in quo peccatum inveniri non poterat. Ille autem
qui adversarios eius repulerat lingua iusticie, leuans in eam oculos man-
suetudinis interrogauit eam: Nemo te condempnavit? Dixit illa: Domine nemo.
Et ille: Nec ego te condempnabo, a quo forte dampnari timuisti quia in me
peccatum non invenisti. Nec ego te condempnabo. Quid est domine? Fautor ergo
peccatorum? Non plane. Ita attende quod sequitur: Vade deinceps iam noli pec-
care. Ergo et dominus dampnavit, sed peccatum non hominem. Erat autem peccatorum fautor si
diceret: Nec ego te dampnabo, vade vive ut vis, de mea liberacione esto
secura. Ego quantumcumque peccaveris ab omni pena et a gehenne inferni tor-
mentis liberabo. Non hoc dixit. Intendat ergo qui amat in domino mansuetudinem
et timeat veritatem. Etenim dulcis et rectus dominus. Amas quia dulcis est,
time quia rectus est. Tam mansuetus dixit: tacui, sed tam iustus: Numquid semper
tacebo? Misericors et miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde: longanimis,
adde adhuc et multum misericors. Sed time quod est in novissimo: et verax.
Quos enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contempnentes. An di-
vitias longanimitatis eius contempnis, ignorans quia paciencia dei ad penitenciam
te adducit? Tu autem secundum duriciam cordis tui et cor impenitens thesauri-
zas tibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum
opera sua. Mansuetus dominus, longanimis dominus, misericors dominus, sed et iustus
dominus et verax dominus. Largitur tibi spacium correctionis, sed tu plus amas dilacionem
quam emendacionem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. Et hodiernum diem
in malicia peregisti, altera saltem die muta. Semper expectas et de misericordia dei tibi plurimum
polliceris, quasi ille qui tibi per penitenciam promisit salutem promisit tibi et longam
vitam. Unde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo:
Quando me correxero deus michi omnia peccata dimittit. Negare non possumus
quia correctis atque conversis indulgenciam deus promisit. Nam in quo propheta michi
legis quia promisit deus correcto indulgenciam, non michi legis quia promisit tibi
longam vitam. Ex utroque igitur homines periclitantur, sperando et desperando.
Sperando decipiuntur qui dicunt: Bonus est deus, misericors est deus,
quibus velis. Sperando faciam quod michi placet, quodlibet laxem habenas cupiditatibus meis,
impleam desideria anime mee. Quare hoc? Quia misericors est deus, mansuetus est
deus. Isti periclitantur sperando. Desperacione autem qui cum inciderint in gravia peccata
putantes sibi iam non posse penitentibus ignosci, et statuentes se ad dampnacionem
sine dubio destinatos, dicunt apud se: Iam dampnati sumus, quare
non quod volumus facimus? Animo gladiatorum ferro destinatorum. Ideo molesti
sunt desperati. Iam enim quid timeant non habent, et vehementer timendi sunt.

Duobus decipiuntur homines: Sperando. Desperando.

Istos desperatio necat, illos spes. Inter spem et desperationem fluctuat anima.
Metuendum est ne te occidat spes, et cum multum speras de misericordia, inci-
das in iudicium. Metuendum est ne te occidat desperatio, et cum
putas non iam tibi ignosci que gravia commisisti, non agas penitenciam et incurras
iudicem sapientiam que dicit: Et ego vestre perditioni superridebo. Quid ergo agit
dominus periclitantibus utroque morbo? Illis qui spe periclitantur hoc dicit: Ne tar-
des converti ad dominum, neque differas de die in diem; subito enim veniet ira eius
et in tempore vindicte disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur quid dicit? In
quacumque die iniquus conversus fuerit, omnes iniquitates eius obliviscar. Propter
illos qui desperatione periclitantur proposuit indulgentie portum; propter illos qui
spe periclitantur et dilationibus illuduntur fecit diem mortis incertum. Quando veniat
dies ultimus nescis. Ingratus es qui hodiernum habes in quo corrigaris.
Sic ergo ad istam mulierem: Nec ego te condemnabo, sed facta secura de preterito
cave futura. Nec ego te condemnabo: delevi quod commisisti; observa quod
precepi, ut invenias quod promisi. Ipsi gloria in secula seculorum. ¶ Si manseritis
in verbo meo vere discipuli mei eritis etc.

Novit caritas vestra omnes nos unum magistrum habere et sub illo con-
discipulos esse. Nec ideo magistri vestri sumus quia de loco superiori loquimur vobis,
sed magister est omnium qui habitat in omnibus nobis. Ipse modo in evangelio nobis
omnibus loquebatur et dicebat nobis quod et ego dico vobis. Dicit autem et de
nobis et nobis et vobis: Si manseritis in verbo meo, non utique in meo qui modo loquor,
sed in eius qui modo ex evangelio loquebatur. Si manseritis in verbo meo, vere
vere discipuli mei estis. Ad discipulatum parum est accedere, sed manere. Non ergo
ait: Si audieritis verbum meum, aut si accesseritis ad verbum meum, aut
si laudaveritis verbum meum, sed videte quid dixit: Si manseritis in verbo
meo, vere discipuli mei estis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.
Quid dicimus, fratres? Manere in verbo dei labor est an non est? Si labor est,
attende magnum premium; si labor non est, gratis accipis premium. Maneamus er-
go in eo qui manet in nobis. Nos si in illo non manserimus, cadimus; ille
autem si in nobis non manserit, non ideo domum perdidit. Novit enim ille manere
in se qui numquam deserit se. Absit autem ab homine ut maneat in se qui
perdidit se. Ergo nos in illo manemus indigentia, ipse in nobis manet misericordia.
Iam ergo si propositum est quid facere debeamus, quod accepimus videamus.
Induxit enim opus et promisit mercedem. Quod est opus? Si manseritis in
verbo meo. Breve opus verbo, breve magnum opere. Si manseritis.
Quid est si manseritis? Si super petram edificaveritis. O quam magnum est hoc, fratres,
super petram edificare! Quam magnum est! Venit flumen, flaverunt venti,
descendit pluvia, et impegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata
enim erat super petram. Quid ergo est in verbo dei manere nisi nullis tempta-
tionibus cedere? Premium quod est? Cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.
Compatimini nobis, quia vocem meam sentitis obtusam. Adiuvate me
tranquillitate. Premium est cognoscetis veritatem. Forte aliquis dicit: Et quid mihi prodest cog-
noscere veritatem? Et veritas liberabit vos. Si non delectat veritas, delectet
libertas. In consuetudine latine lingue liberari duobus modis dicitur, et maxime
in eo consuevimus audire hoc verbum, ut quisquis liberatur intelligatur periculum evadere

Nota

Manere in verbo dei

Liberari

molestiis carere. Liberari autem ipse dicitur liberum fieri, quomodo salvari salvum fieri, sanari
sanum fieri. Sic liberari liberum fieri. Ideo dixi, si non delectat iniquitas, delec-
tet libertas. Hoc et greca lingua evidentius sonat, nec potest aliud intelligi.
Et ut noveritis quia aliud intelligi non potest, loquitur Dominus. Responderunt iudei:
Nos nemini servivimus unquam. Quomodo dicis: Veritas liberabit vos,
id est veritas vos liberos faciet? Quomodo dicis eis qui nemini unquam ser-
vivimus? Quos iudeos inquit non hic servitutis necessitatem, quod
eis polliceretur libertatem, audierunt quod debuerunt, sed non fecerunt
quod debuerunt. Quid audierunt? Quia dixit Veritas liberabit vos. Atte-
distis vos quia non servistis homini, et dixistis: Nemini servivimus unquam,
Omnis iudeus et grecus, dives et pauper, honoratus et privatus, imperator
et mendicus, omnis qui facit peccatum servus est peccati. Omnis inquit qui facit
peccatum servus est peccati. Si aliquo sunt homines servitute in debent vin-
culum, ut incipiat liberari. Ingenuus est ab captivitate a barbaris ex in-
honesto servus est servus. Audit homo misericors, considerat se habere pecuniam,
pergit ad barbaros, dat pecuniam, redimit hominem,
fit redemptor, plane reddidit libertatem, sed non abstulit iniquitatem. Si quis non abstulit
iniquitatem, homo homini. Ille qui serviebat apud barbaros a redemptore
liberatus est. Et multum eminet redemptorem et redemptum, tamen sub
suo redemptore est. Interrogo redemptum: Habes peccatum?
Dominica iniquitate forte coniunxi sunt. Interrogo redemptum: Habes peccatum? Habeo inquit. Quid ergo tu
habeo inquit. Interrogo redemptorem: Habes peccatum? Habeo inquit. Quid ergo tu
te iactes redemptum, nec tu te extollas redemptorem. Fugite ambo
ad verum liberatorem. Parum est quia qui sub peccato sunt, servi dicti sunt, et mortui
dicuntur. Quod timet homo ne faciat illi captivitas, iam illi fecit iniquitas.
Quid enim quia videntur vivere? Erraverunt illi qui dixit: Dimitte
mortuos sepelire mortuos suos. Ergo mortui omnes sub peccato,
servi mortui, serviendo mortui, moriendo servi. Quis ergo liberat a morte
et servitute nisi in mortuis liber? Quis est in mortuis liber nisi qui
inter peccatores sine peccato? Ecce venit princeps mundi, ipse dicit re-
demptor noster liberator noster. Ecce venit princeps mundi et in me non inveniet.
Tenet quos decepit, quos seduxit, quibus peccatum mortemque persuasit.
In me non inveniet. Veni Domine, veni redemptor, veni, agnoscat te
captivus, fugiat te captivator, tu esto meus liberator. Ille me per-
ditum invenit, in quo dicitur, vel quod eadem agit invenit. Invenit in
illo carnem princeps huius seculi invenit, et qualem carnem mortalem
quam posset tenere, quam posset crucifigere, quam posset occidere. Erras
deceptor, non fallitur redemptor. Erras, videbis in Domino carnem
mortalem. Non est caro peccati similitudo est carnis peccati. Misit enim Deus
filium suum in similitudinem carnis peccati. Vera caro mortalis caro, sed non
caro peccati. Misit enim Deus filium suum in similitudinem carnis peccati,
ut de peccato damnaret peccatum in carne. Misit enim Deus filium suum
in similitudinem carnis peccati carne, non tamen in carne peccati, sed in similitudine
carnis peccati. Propter quid? Ut de peccato et de nullo peccatum, ut de peccato dam-
naret peccatum in carne, ut iustitia legis impleretur in nobis, quos solum stare

ambulamus sed secundum spiritum. Significat similitudo carnis peccati non caro
peccati quod ut de peccato damnaret peccatum in carne. Solet et filio
imaginis nomen eius rei cui est similitudo. Homo dicitur neque sed est si pic-
tus in pariete ondas. Et queras quid sit. Audet hoc peccatum ergo appli-
cata est caro huius similitudo carnis peccati ut esset sacrificium pro peccato. | Peccatum est filii dei caro peccati.
Dicit apostolus alio loco. Eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit.
Eum qui non noverat peccatum. Quis est qui non noverat peccatum nisi eum qui dixit
Ecce venit princeps mundi et in me nihil invenit. Eum qui non noverat
peccatum peccatum pro nobis fecit eundem Christum nescientem peccatum peccatum pro
nobis fecit. Quid est hoc fratres. Si diceretur fecit illum peccatum, ad fecit illum habere
peccatum, intollerabile videretur quo tollamus quod deum esse fecit eum peccatum
ut ipse Christus sit peccatum. Qui noverunt scripturas veteris testamenti recognoscunt
quod dico. Non enim semel dictum est sed aliquotiens crebrissime peccata dicta
sunt sacrificia que pro peccatis offerebantur. Ubi capra pro peccato hircus aries | Peccatum .i. victima vel sacrificium
quodlibet animal a victima que offerebatur pro peccato peccatum nominabatur.
peccatum ergo dicebatur sacrificium pro peccato ita ut alicubi dicat lex
Sacerdotes ponant debent manus suas super peccatum. Ergo eum qui non
noverat peccatum fecit pro nobis peccatum id est sacrificium pro peccato. Factus est
peccatum oblatum et deletum est peccatum. Fusus est sanguis redemptoris
et deleta est cautio debitoris. Ipse est sanguis qui pro multis effu-
sus est in remissionem peccatorum. Quid ergo quia insipiente exultasti inimicus
captivator quia carnem mortalem habuit meus liberator. Si habuit peccatum
vide si ad tuum illum invenisti tenere. Verbum caro factum est. Verbum crea-
tor est caro creatura est quia ibi tum moveris et verbum deus est et anima hominis
creata est caro hominis creata est caro mortalis dei creata est peccatum quid
Est quid quidem vitas loquens. Venit princeps mundi et in me nihil invenit.
Non ergo non invenit carnem sed nihil sunt in nullum peccatum. Decepisti
innocentes fecisti nocentes, occidisti innocentem. Peremisti quem non
debebas, redde quos tenebas. Ergo ad horam insultasti quia vicisti
in Christo carnem mortalem. Muscipula tua erat. Unde letatus es inde
captus es. Unde exultasti te invenisse, inde nunc doles quod
possidebas perdidisse. Ergo fratres qui credimus in Christum maneamus
in verbo eius. Si enim manseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis. Non enim soli
illi xii sed omnes qui manent in verbo eius vere discipuli eius sumus. Et
cognoscimus veritatem et liberabit nos id est Christus filius dei qui dixit Ego
sum veritas. Liberos nos faciet, hoc est liberabit nos non a barbaris
sed a dyabolo non a corporis captivitate sed ab anime iniquitate. Solus ergo
sic liberat. Nemo se liberum dicat ne servus remaneat. Non remanebit
in servitute anima nostra quia cottidie dimittuntur debita nostra.

Sermo beati Augustini de pastore mercennario et fure.

Non ignorat fides vestra karissimi ita vos didicisse nominis
Doctore nostro de celo quia spem vestram posuistis quia dominus noster Iesus Christus | R.
quia pro nobis passus est et resurrexit caput est ecclesie et corpus eius est ecclesia



7 de sup
f. 8.

corpore unitas membrorum et compago caritatis tamen sanitas consistit. Quando
autem in caritate friguerit infirmatur in corpore christi, sed potens est ille qui iam ex
altavit caput nostrum et infirma membra sanare. Dum tamen non nimia
infirmitate precidantur, sed hereant corpori donec sanentur. Quicquid enim adhuc
heret corpori non desperate sanitatis est. Quod autem precisum fuerit nec curari nec
sanari potest. Cum ergo sit ille caput ecclesie et sit corpus eius ecclesia, totus christus
caput et corpus est. Resurrexit iam ille. Caput ergo in celo habemus. Caput
nostrum interpellat pro nobis. Caput nostrum sine peccato et sine morte iam
propiciat deum pro peccatis ut et nobis in fine resurgentibus et immutatis in gloriam
celestem sequamur caput nostrum. Quo enim caput et cetera membra. Sed dum
hic sumus membra sumus ne desperemus quia secuturi sumus caput nostrum.
Videte enim fratres dilectionem ipsius capitis nostri. Iam in celo est et hic laborat
quamdiu hic laborat ecclesia. Hic christus esurit hic sitit nudus est hospes est
infirmatur in carcere est. Quod enim hic patitur corpus eius se dixit pati et in
fine segregabit ipsum corpus suum ad dexteram et reliquos a quibus modo
conculcatur segregabit ad sinistram. Dicturus est hiis qui sunt ad dexteram
Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab ori
gine mundi. Quibus meritis? Esurivi enim et dedistis mihi manducare et cetera. Sic exequitur
tamquam ipse acceperit, usque adeo ut illi velut non intelligentes respondeant
et dicant Domine quando te vidimus esurientem hospitem et in carcere? Et dicit eis
Cum uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Sic et in nostro corpore caput
sursum est pedes in terra sunt. Tamen in aliqua constipatione et coartatione hominum
qui vel ab pede calcat nonne caput dicit Calcas me? Nec caput
tuum nec lingua tua quisquam calcat. Sursum est in tuto est nihil ei mali
contingit, et tamen pro connexione caritatis unitas est corporis a capite usque ad
pedes non se inde lingua separavit sed dixit Calcas me, cum eam nemo
contigit. Quomodo ergo lingua quam nemo contigit dicit Calcas me, sic
christus caput quod nemo calcat dixit Esurivi et dedistis mihi manducare.
Et illis qui hec non fecerunt dixit Esurivi et non dedistis mihi manducare. Et
quo conclusit? Sic. Ibunt illi in combustionem eternam, iusti autem in vitam eternam.
Cum ergo nunc cum loquitur dixit se esse pastorem, dixit esse ianuam. Utrumque
ibi habes: et ego sum ianua et ego sum pastor. Ianua est in capite, pastor
in corpore. Dicit enim Petro, in quo uno format ecclesiam: Petre amas me?
Respondit Domine amo. Pasce oves meas. Et tercio Petre amas me? Contristatus
est Petrus quia tercio interrogatur, quasi ille qui vidit conscientiam negatoris
non credebat fidem confitentis. Noverat illum semper, noverat illum quando se
Petrus ipse non noverat. Tunc enim non se noverat quando dixit Tecum ero usque
ad mortem. Et quam esset infirmus nesciebat. Quomodo plerumque vena et
infirmis contingit ut egrotus nesciat quid in eo agatur, medicus autem sciat,
cum ille egritudinem ipsam patiatur, medicus non patiatur. Medicus ma
gis dicit quid agatur in altero quam ille qui egrotat quid agatur in corpore.
Petrus ergo tunc infirmus erat, at medicus dicebat. Petrus se habere
vires quas non habebat. Ille autem tangens venas cordis eius dicebat
quod ter esset eum negaturus, et ita factum est quod predixit medicus, non quod
presumpsit egrotus. Ergo post resurrectionem suam dominus interrogat cum non nesciens

Tercia ex ipso amor pervenit. trina [illegible] timoris.

quo ille adeo confitetur amorem. Sed ut trina confessione amoris deleret trinam
negacionem timoris. Ergo hoc exegit dominus a petro. petre amas me. quasi diceret
mihi dabis quid mihi probabis quia amas me. Quid erat prestaturus petrus
resurgenti domino et eunti in celum atque sedenti ad dexteram patris. quasi diceret
hoc mihi dabis hoc mihi prestabis si amas me ut pascas oves meas. per ia-
nuam intres non per altam partem ascendas. Audistis cum evangelium legeretur
Qui intrat per ianuam pastor est. qui autem ex alia parte ascendit fur est
latro est dissipare querit et perdere et tollere. Quis est qui intrat per ianuam — Janua .i.
qui intrat per christum. quis est iste qui imitatur passionem christi qui cognoscit — . humilitas
humilitatem christi ut cum deus factus sit homo pro nobis cognoscat se homo non esse
deum sed hominem. Qui enim vult deus videri cum sit homo non imitatur illum
qui cum deus esset homo factus est. Tibi autem non dicitur esto aliquid minus quam es sed ag-
nosce quid es. Cognosce te infirmum. cognosce te hominem. cognosce te
peccatorem. cognosce te quia ille iustificat. cognosce quia maculosus es.
Appareat in confessione tua macula cordis tui et pertinebis ad gregem christi
quia confessio peccatorum invitat medicum sanaturum. Quomodo in egritudine qui dicit
Sanus sum non querit medicum. Nunquid non ad templum ascendebat phariseus
ille et publicanus. ille de sua sanitate gloriabatur. ille vulnera sua medico
ostendebat. Dicebat enim ille Deus gracias tibi ago quia non sum sicut publi-
canus iste. Gloriabatur super alterum. Ergo si publicanus ille sanus esset invi-
deret illi phariseus quia non haberet super quem extolleretur. Quomodo ergo venerat qui
sic invidebat. Non utique erat sanus et cum sanum diceret non descendebat
curatus. Ille autem oculos ad terram deiciebat et non audebat in celum tollere
percuciebat pectus suum dicens. Deus propicius esto mihi peccatori. et quid dicit dominus
Amen dico vobis quia descendit de templo publicanus magis quam phariseus. quia
omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Qui ergo
se exaltant per altam partem volunt ascendere ad ovile. qui autem se
humiliat per ianuam intrat ad ovile. Ideo de illo dixit intrat
de isto ascendit. Qui ascendit videtis quia alta petit non intrat sed cadit.
Ille autem qui se submittit ut per ianuam intret non cadit sed pastor est.
Sed tres personas dixit dominus et debemus eas in evangelio investigare. Invenimus pastorem
mercenarium et furem. Cum legeretur puto animadvertistis. Designavit
pastorem designavit mercenarium designavit furem. Pastorem dixit animam — Pastor.
suam ponere pro ovibus et intrare per ianuam. Furem dixit et latronem ascendere — Fur latro.
per aliam partem. Mercenarium dixit lupum vel et furem si videat fugere
quia non est illi cura de ovibus. mercenarius est enim non pastor. Ille intrat — Mercenarius.
per ianuam quia pastor est. ille ascendit per aliam partem quia fur est. iste videns
eos qui volunt tollere oves timet et fugit quia mercenarius est quia non est
illi cura de ovibus. mercenarius est enim. Si invenimus tres istas personas
invenistis et quos diligatis et quos toleretis et quos caveatis.
Diligendus est pastor. tolerandus est mercenarius. cavendus est latro.
Sunt homines in ecclesia de quibus dicit apostolus qui per occasionem evangelizant
querentes ab hominibus commoda sua sive pecuniarum sive honorum
vel laudis humane. Quomodo volentes accipere munera evangelizant
non tam salutem eius quo evangelizant cui annunciat quam commoda sua. Ille autem
qui audivit salutem ab eo qui non habet salutem si ei credidit quem in-

De predicatoribus pro occasione

annunciat nisi in illo spem posuit per quem illi annunciatur salus. Qui annunciat
habebit detrimentum, cui annunciatur habebit lucrum. Hoc est quod dominus dixit
de phariseis: Super kathedram moysi sedent. Non eos solos significa-
bat dominus quasi non eos qui crederent in christum ad iudeorum scolas mitteret
ut ibi discerent quemadmodum iter sit ad regnum celorum. Nonne dominus
ideo venit ut institueret ecclesiam ipsos quoque bene credentes iudeos et bene
operantes et bene diligentes segregaret tamquam frumenta a paleis et faceret
unum parietem circumcisionis cui iungeretur alius paries ex preputio gentium
quibus duobus parietibus de diverso venientibus esset ipse lapis angularis.
Nonne ergo ipse dominus de duabus istis plebibus in uno futuris dixit: Habeo et
alias oves que non sunt ex hoc ovili. Loquebatur autem iudeis. Oportet me inquit
et eas adducere ut sit unus grex et unus pastor. Ideo due naves erant
unde vocaverat discipulos; duas ipsas plebes significabant. Quando miserunt
retia et levaverunt tantam multitudinem piscium ut pene retia rum-
perentur, et oneraverunt inquit duas naves. Due naves significabant unam
ecclesiam, sed duabus plebibus factam, quietam in christo quamvis de diverso venientem.
Hoc significant et due uxores habentes unum virum Iacob, Lya et Rachel. Has
duas significabant et duo ceci qui sedebant iuxta viam quos dominus
illuminavit. Et si advertatis scripturas in multis locis invenietis significari
duas ecclesias que non sunt due sed una. Ad hoc enim valet lapis angularis
ut ex duabus faciat unam. Ad hoc valet ille pastor ut de duobus
gregibus faciat unum. Ergo dominus docturus ecclesiam et habiturus scolam
suam preter iudeos missurus erat ut discerent. Sed nomine phariseorum et
scribarum significat quosdam in ecclesia sua futuros qui dicunt et non faciunt.
Sed et significavit in persona moysi christum; personam eius gerebat moyses.
Et ideo velum ante se ponebat quando loquebatur populo, quia quamdiu illi in lege
carnalibus gaudiis et voluptatibus dediti erant et regnum terrenum
querebant, velamen positum erat contra faciem eorum ne viderent christum in scripturis.
Ablato enim velamine postea quam passus est dominus, manifesta sunt secreta templi.
Ideo cum in cruce penderet scissum est velum templi a summo usque deorsum.
Et apte dicit apostolus paulus: Cum transieris ad christum auferetur velamen.
Qui autem non transierit ad christum quamvis legat moysen, velamen est positum
super cor eius, sicut dicit apostolus. Cum ergo prefiguraret quosdam tales futuros
dominus in ecclesia sua quid ait? Scribe et pharisei super kathedram moysi
sedent; que dicunt facite, sed que faciunt nolite facere. Clerici autem audiunt
quod dicunt mali, qui ipso dicto nolunt putari. Nam audivi quosdam apud vos
esse clericos malos, qui licet deleant illa de evangelio,
te velle ista sermonem. Nunquam in illis licet deleant illa de evangelio.
Sed ad deum gratias et orando, non delent illa non possunt, putando illa corrumpunt.
Sed a deo... vitam suam
unam nec sinunt eos facere quod suscepisset, ut de sua omnibus suis
et liberavit ut quibus unde ad peccandum volunt circumducere male
agendo vel interpretando ille sicut hic qui perversum est de scriptura iungat sepe
eligat superiora vel inferiora et inveniet ibi quod volebat ille.
Que dicunt facite male interpretatur. Cum ergo putatis dicere istos de quibus dixit
quia venia a fidelibus laicis docti laudem qui vult bene vivere ...
tendit clericum malum. Quid ergo dixit dominus? Dixit: Que dicunt facite, que faciunt nolite facere.

cx

Scribe et pharisei
sunt mali
predicatores

Ambulem viam domini, non sequar istius mores, audiam ab illo non verba ipsius
sed dei, sequar deum, sequatur ille cupiditatem suam. Quia si voluero apud deum
sic me defendere dicam: Domine vidi male vivere illum clericum tuum,
ideo male vixi. Nonne dicturus est tibi: Serve nequam, nonne a me audiebas ex
Dicunt facite, que autem faciunt facere nolite. Malus autem laycus infide-
lis non pertinet ad gregem Christi, non pertinet ad frumentum Christi, quasi tamquam
palea in area tolleratur, quid sibi dicit qui cepit illum arguere verbum
dei. Ecce quid mihi loqueris, ipsi episcopi ipsi clerici non faciunt et me cogis
ut faciam quod sibi non prosunt. sed causam mala sed comitem ad penam.
Numquid tunc ille defensurus est te in die iudicii quemcumque malum vo-
lueris imitari. Non enim dyabolus omnes quos seducit non seducit
ut cum eis regnet sed ut cum eis dampnetur. Sic omnes qui sequuntur malos
sibi comites ad gehennam querunt non premia ad regnum celorum.
Quando ergo putant isti hanc sententiam quibus male viventibus muto
dictum est a domino: Que dicunt facite, que faciunt facere nolite. Dic-
tum est, inquiunt, dictum est enim vobis ut que dicimus faciatis. Nam que
facimus vos non faciatis. Nos enim offerimus deo sacrificium, vobis non
licet. Videte insanias hominum. Sed dicam intemerancia. Nam si pas-
tores erant istam dicentes non dicunt ut eos illis eludere et seducere
et dicit: Super kathedram moysi sedent, que dicunt facite, que autem faci-
unt facere nolite. Dicunt enim et non faciunt. Faciunt enim sacrificium et deo
offerunt. Sed enim quod dicunt et non faciunt, audi quid sequatur. Alligant
onera gravia et importabilia et imponunt ea super cervices hominum, que
ipsi uno digito nolunt tangere. Aperte exprobravit, descripsit et
ostendit. Sed illi qui sic volunt putare sententiam, ostendunt quia nichil querunt in ecclesia
nisi commoda sua. Hec evangelium legunt. Si enim nosset ipsam paginam
et totam legisset numquam hoc dicere auderent. Sed aperius attendite
quia habet tales ecclesia, ne quis dicat nobis per se de phariseis dicit
de scribis, de iudeis dicit. Nam tales non habet ecclesia. Quis est ergo ille
de quibus dominus dicit: Non omnes qui dicunt domine domine intrabunt in
regnum celorum. Et addidit: Multi mihi dicent in illa die: Domine domine in
nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus et in
nomine tuo manducavimus et bibimus. Numquid in nomine Christi iudei ista
faciunt. Certe manifestum est quia de his dicit qui nomen Christi habent. Sed quid sequitur
tunc dicam illis: Numquam vos cognovi. Recedite a me omnes qui
operamini iniquitatem. Audi apostolum gementem de talibus. Dicit alios annun-
ciare evangelium per caritatem, alios per occasionem. De quibus dicit annunciant
evangelium sed non recte. Rem rectam sed ipsi non recti. Quod annunciant rectum est
sed qui annunciant non sunt recti. Quare non sunt recti? Quia aliud querunt in ecclesia
non deum querunt. Si deum quererent casti essent. Quia legitimum maritum anima deum habet.
Quisquis a deo preter deum querit, non caste deum querit. Videte fratres
Si uxor amet maritum quia dives est non est casta. Non enim maritum
amat sed aurum mariti. Si autem maritum amat, et nudum amat et pauperem amat.
Si enim propterea amet quia dives est, quid si quando ut casus humanus proscribatur subito

Ewangelium annunciare. Recte et non. occasionis.

Dives — Pastor bonus — Mercenarius

egens remaneat, renuntiat illi forte quia quod amabat non ina-
venit, sed res eius. Si autem vere maritum amat et pauperem plus amat
quia tamen ipsa amat. Sed tu fratres Deus numquam esse pauper potest. Dives
est ipse qui fecit omnia, caelum et terram et mare et angelos. Quicquid videmus
quicquid non videmus in caelo ipse fecit. Sed tamen non divitias amare debes
sed eum qui fecit illas. Non enim promisit tibi nisi seipsum. Inveni aliquid pretiosius et hoc
dabit. Pulchra est terra, caelum et angeli, sed pulchrior est qui fecit haec. Qui ergo
annuntiat Deum amatores Dei, qui annuntiat Deum propter Deum, pascit
oves et non sunt mercenarii. Propriam castitatem exigebat ab anima Dominus
noster Ihesus Christus quando dicebat Petro: Petre amas me? Quid est amas me?
Castus es? non est cor tuum adulterum? non tua quaeris in ecclesia sed mea?
Si ergo talis es et amas me, pasce oves meas; non enim es mercenarius
sed eris pastor. Illi autem non caste annuntiabant, de quibus gemit apostolus,
sed quia dicit: quid enim? dum omnimodo, sive occasione sive veritate Christus annuntietur,
promisit quodammodo esse mercenarios. Pascit pastor veritate Christum annuntiat; mercenarius
occasione Christum annuntiat, ad temporalia quaerens; et ille et ille Christum annuntiat.
Audi vocem pastoris Pauli: Sive occasione sive veritate Christus annuntietur.
Ipse pastor voluit habere mercenarium. Faciunt enim ubi possunt,
utiles sunt quantum possunt. Quando autem ad alios usus quaerebat apostolus, quorum vita
utiles sunt quantum possunt, nisi vos misit Timotheum qui vos commoneat fa-
miliariter in Christo? Nisi pastorem qui vos commoneat,
ciat vias meas. Et quid ait? Misi pastorem qui vos commoneat et mitteret
vias meas, id est quia quo ego ambulo et ipse ambulat. Et mittens
pastorem quid ait? Neminem enim habeo tam unanimem qui sincera affectione
pro vobis sollicitus sit. Numquid cum illo erant multi? sed quid sequitur? Omnes
enim sua quaerunt, non quae Ihesu Christi; id est ego vobis pastorem mittere volui,
mercenarii sunt, sed non oportebat ut mercenarius mitteretur.
Ita multi mercenarii sunt; ad alias res et negotia peragenda mittitur mercenarius, ad alias
at quod tunc volebat Paulus pastore erat necessarius et vix invenit
unum pastorem inter multos mercenarios, quia pauci pastores, multi
mercenarii. Sed quid dicitur de mercenariis? Amen dico vobis, receperunt
mercedem suam. De pastore autem quid dicit apostolus? Quisquis autem mundavit se
ab huiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum et utile domino, ad omne opus
bonum paratum. Non ad quasdam res paratum et ad quasdam non paratum,
sed ad omne opus bonum paratum. Haec de pastoribus dixi; de mercenariis
autem quid? Mercenarius cum videt lupum insidiantem ovibus
fugit. Hoc dixit Dominus. Quare? Quia non est ei cura de ovibus. Tamdiu ergo
deus elevat te. Sententia domini est; nichil addi ad hanc detrahi potest. Vnde eo quod
continentes homines plerumque superbiunt ut non solum quibuscumque hominibus
sed et parentibus ingrati sunt et adversus parentes extollantur. Quare quia illi
genuerunt isti nuptias contempserunt. Vnde ingrati essent quod nuptias
contempsissent ubi illi genuissent. Si melior filius est patre suo coniugato quia
ipse non duxit uxorem et melior est filia matre sua maritata quia ipsa
non quesivit virum. Si superbior nullo modo melior; si melior sine dubi-
tatione humilior. Omnis te invenio meliorem interroga animam tuam
si videas te inflatorem. Vbi inflatio inanita est diabolus mane invenit
inanitum facere molitur. Denique fratres mei audeo dicere superbis continentibus
expedit cadere in eo ipso in quo se extollunt humilientur. Quid enim
prodest cui inest continencia sed dominatur superbia. Contempsit unde natus est
hostem appetit unde cecidit diabolus. Nuptias contempsisti bonum fecisti
ad melius elegisti sed noli superbire. De nuptiis homo natus est
de superbia angeli ceciderunt. Sed gloria bona considerare me-
liorem es patre tuo qui nuptias contempsisti; etenim melior virginal-
itas quam pudicicia coniugalis. Ista duo si inter se comparentur melius esse
quam quid quis dubitat. Sed adde alia duo superbia et humilitatem istis
duobus interrogo vos et de hiis videretis quid est melius superbia an
humilitas. Respondetis humilitas. Iunge illa virginali sancte superbia non
non solum fit in virginitate sua sed non remaneat nec in mente tua. Si
enim tu tenueris superbiam et tua nunc superbia, cum comparabo vos iam
dubito simul dum intendam meliorem te inveniam. Nobis maritata cum
intendo non dubito preferre humilem mulierem virgini superbe. Et quo pre-
ferre videte quod preferebam illa quod comparabam. Bonum pudicicia
coniugalis est melior integritas virginalis. Duo bona comparabam non malum
et bonum sed bonum et melius distinguebam. Porro autem duo illa cum po-
sueris superbia et humilitatem numquid possumus dicere bonum est superbia sed melior
est humilitas. Sed quid dicimus superbia malum humilitas bonum et si superbia
magnum malum humilitas magnum bonum. Si ergo horum duorum unum est
malum et alterum bonum magis malum ad magnitudinem boni fit totum malum.

Superbis continentibus expedit cadere.

Iugii bonum ad meritis tue melius bonum et sit magnum bonum. Maiorem locum
habebit mater in regno celorum quam maritata est quam filia que virgo est. Maio-
rem enim locum filia virgo, meliorem locum mater maritata. ambe tamen in celo.
Si vero mater tua fuerit humilis, tu superba, illa habebit qualemcumque locum,
tu autem nullum locum. Qui ibi non habuit locum vide cuius quam inde cecidit,
stantem quem deiecit, inde cecidit. diabolus stantem deiecit hominem,
Deiecit statum. sed Christus descendens erexit iacentem. Unde te erexit?
dominus tuus deusque attende, humilitate erexit. factus obediens ad mor-
tem humiliavit semetipsum. princeps tuus humilis, tu superbus? caput
humile et membrum superbum? Absit. Non vult esse de corpore capitis humi-
lis qui amat superbiam. Si autem finis videat ubi erit, ego nolo di-
cere ne amplius videar terruisse. Immo utinam terruerim et ad ege-
ri. Utinam quisque fuerat ut quesito fuerat non sit ultius. Utinam
verba ista infundendo et non infundimini. totum suspendendum est de
misericordia dei, quia qui terret contristat, qui contristat consolatur. sed qui
consolatus est emendatur. De eo ubi ait dominus Ego sum

Via veritas et vita

[T]errent nos dominice lectiones. Ne superbia ve-
l desperatione frangamur, et rursus terret. Tenenda autem via media unam viam tanquam me-
tilem. Tenenda autem via media, difficile esset nobis
sinistram desperationibus et dexteram presumptionibus difficile esset nobis
nisi Christus diceret: Ego sum via. ego sum inquit via et veritas et vita. tamquam
diceret: Qua ambulas? ego sum via. Quo venis? ego sum veritas. Ubi
manebis? ego sum vita. Securi ergo ambulemus in via, sed
insidias inimici timeamus. Inimicus non audet insidiari in
via, quia Christus est via. sed iuxta viam plane non desinit. Unde in psalmo dicitur
Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Et alia scriptura: Memento quia
in medio laqueorum ingrederis. Isti laquei inter quos ingredimur non sunt in
via, sed iuxta viam. Quid formidas, quid metuis, si in via ambu-
labis? tunc time si deserueris viam. Ideo enim permittitur inimicus ponere iuxta
viam laqueos, ne securitate exultationis via deseratur et in insidias
incidatur. Via Christus humilis est, et veritas et vita Christus excelsus et deus.
Si ambulabis in humili, pervenies ad excelsum. Si infirmus humilem
non aspernaris, in excelso fortissimus permanebis. Que enim causa
humilitatis Christi nisi infirmitas tua? Valde enim et irremediabiliter te
obsidebat infirmitas, et hec res fecit ut veniret ad te tantus me-
dicus. Si enim sic egrotares et tu posses ire ad medicum
poterat tolerari ipsa infirmitas. Sed quia tu ire non potuisti
ad eum, ille venit ad te. Venit docens humilitatem. Per quam redeamus,
quia superbia nos redire non sinebat ad vitam, et ipsa fecerat
nos a vita recedere. Exaltatum enim humanum cor a deo ipso deum
et negligens in ipsa sanitate precepta salutaria, decidit anima in infir-
mitatem. Discat audire infirma illud quod contempsit incolumis.
audiat ut resurgat quod sprevit ut caderet. Audiat tandem
experimento edocta quod precepto docta noluit obtinere. Docuit

eum cum miseria sua quam fecit negligentie felicitas. Heu quid male sit
a domino fornicari de se presumendo, quam bonum sit adherere domino spe
humile sentiendo. Recedens enim ab illo simplici et singulari bono in
istas multitudines voluptatum et in amore seculi corruptiones quas
terrenas attendere hoc est fornicari a domino. Hinc clamatur: Facies for-
nicarie facta est tibi et impudorata es tu. Videamus quid abhominatoris
consilium. Non enim sic increpat ut insultet, sed ad confusionem
vult perducere prius pectora ut sanet. Exclamat scriptura vehementer
nec palpat adulando quos vult reparare sanando. Adulte-
ra nescitis quia amicus huius mundi inimicus dei constituitur. Amor
mundi adulterat animam. Amor fabricatoris mundi castificat
animam. Sed quid de corruptione erubuerit ad amplexus illos
castos redire concupiscit. Confundatur ut videat qui se iactabat
ne videret. Superbia ergo impediebat mentem ne videretur. Quasi ad increpat
non facit peccatum, sed aliter peccatum quod nolebat anima videre ponitur ei ante ocu-
los et quod post dorsum hoc erubescebat. Ad faciem illi admonetur:
Vide tecum te qui vides stipulam in oculo fratris tui, trabem autem in
oculo tuo non vides. Revocatur ad se anima que ibat a se sicut
a se ierat sic a domino suo. Sicut enim respexerat se quia placuerat
sibi et quia potestatis amatrix sua fierat, recessit ab illo et non remansit
in se, id est a se pellitur et a se excluditur et in exteriora prolabitur. Amat
mundum, amat temporalia, amat terrena, que si seipsam amaret
neglecto a quo facta est iam minus esset, iam deficeret amando quod minus est.
Minus est enim ipsa quam deus et longe minus tanto quam minus est tanto minus
est res facta quam factor. Ergo amandus est deus per amorem etiam sic si fieri potest
nos ipsos obliviscamur. Quid ergo est iste transitus? Oblita est anima
seipsam sed amando mundum. Nunc obliviscatur se sed amando arti-
ficem mundi. Pulsa ergo a se quodammodo perdidit se. Et quia nec facta
sua novit videre iustificat iniquitates suas, offertur et superbit in
petulantia, in luxuria, in honoribus, in potestatibus, in divitiis, in pompa vanitatis.
Arguitur, corripitur, ostenditur sibi, displicet et confitetur feditatem. Desi-
derat pulchritudinem, et que ibat effusa redit confusa. Quia illa
nunc orat quod dicitur: Imple facies eorum ignominia. Imple inquit
facies eorum ignominia et querent nomen tuum domine. Videat eos
quorum facies implevit ignominia erubescebat. Vide quemadmodum
amet eos quos vult querere nomen dei. Amat tamen an odit tamen
an et odit et amat. Ymmo et odit et amat. Odit tua, amat te.
Quid est odit tua, amat te? Id est odit quod fecisti, amat quod fecit.
Que sunt enim tua nisi peccata? Et quid es tu nisi quod fecit deus? Negli-
gis quod factus es, diligis quod fecisti. Amas extra te opera tua, ne-
gligis in te opus dei. Agito laboris multo et a tempore processibus multo an-
dis. Spe ambulans et non redires. Audi potius monentem et dicentem:
Convertimini ad me et convertar ad vos. Non enim deus avertitur et convertitur
et avertitur. Manens corrumpis, mutando non corrumperis, quia tu te avertisti.

Tu ab illo fecisti casum, non ille a te fecit occasum. Ergo audi dicentem:
Convertimini ad me et convertar ad vos. Hoc est enim convertar ad vos
quia convertimini ad me. Fugientis dorsa persequitur, qui faciem videntibus il-
luminat. Quo enim fugies a Deo fugiens? quo fugies? Fugies ab
illo qui nullo loco continetur, et nusquam absens est? qui conversum
liberat, punit aversum. Quem habes iudicem fugies? huc prevenientem habeto ve-
dicens. Tumescat autem superbia et ipso tumore per angustum redire
non potest. Clamat ille qui factus est via: Intrate per angustam portam.
Conatur ingredi, impedit tumor. Tumidum enim vexat angustia.
Vexatus autem amplius tumescit; amplius tumens quomodo intrabit? ergo detu-
mescat, si cupit ingredi. Unde autem detumescat? accipiat humilitatis
medicamentum. Bibat contra tumorem poculum amarum sed salubre; bibat
poculum humilitatis. Quid se artat? Non structura moles, non magnitudo sed tumida.
Magnitudo enim soliditatem habet, tumor inflationem. Non est magnus tumidus.
videatur, detumescat ut magnus sit, ut solidus, et cum quo ista desiderat
non de statu pompae ruinam labeatur corruptibilium quae gloriae. Audiat
eum ipsum qui dixit: Intrate per angustam portam, dicentem: Ego sum via. Cum
enim quaereres tumidus qua intrabo, veni. Ego sum via: per me intra, non ad p-
me ambulabis, ut intres per ianuam. Nam sicut dixi, ego sum via,
ita ego sum ianua. Quid quaeris qua redeas? quo redeas? quomodo intres?
Ne alicubi erres, ipse est omnia tibi. Breviter ergo dicat: humilis esto,
mitis esto. Audiamus quam aptissime dicentem, videamus quid sit via,
quae sit via, quo sit via, quod nobis venit. Ecce forte avaritia omnia
nobis possidere. Omnia inquit tradita sunt a patre meo mihi. Fortasse
Deum quis est? Christo post tradita nunquam in. Audi apostolum dicentem. Audi ut
dixi iam dudum, ne desperatione frangaris. Audi quo amatus es
turpis, foedus, antequam esset in te quod amari dignum esset. Amatus es
prius, ut dignus fieres quod amaveris. Etenim Christus sicut ait apostolus
pro impiis est mortuus. Aut forte impius amari merebatur? Quaero, cum
merebatur impius? Damnationem unde? Christus tamen pro impiis mortuus est. Ecce
quid est positum est impio quod sonat, quod positum est impio? est pro impiis
mortuus est. Desiderabas autem omnia possidere? Noli per avaritiam perire. Te
hoc quaere. Si emisti quae sieris possidebis. Tenebis enim per quem facta sunt
omnia, et cum ipso omnia possidebis. Item de eodem.
Inexercitatum sum ex lege? Audisti quod ait dominus Ihesus: Ego
sum via, veritas et vita. Veritatem et vitam omnis homo cupit, et viam
non omnis homo invenit. Deum esse quandam vitam aeternam, immutabilem,
intelligibilem, intelligentem, sapientem, sapientes facientem, nonnulli et
huius saeculi philosophi viderunt veritatem fixam, stabilem, indeclinabilem,
ubi sunt omnes rationes rerum omnium creaturarum; viderunt quidem sed de longinquo;
viderunt sed in errore positi. Et ideo ad tam magnam et ineffabilem et

beatifica possessione quia pervenire non invenerunt. Ita quid viderunt et
ipsi quantum videri ab homine potest creatorem per creaturam, factorem per fac-
turam, fabricatorem mundi per mundum. Paulus apostolus testis est, cui mentiri
dum credere debetis. Ait enim cum de talibus loqueretur: Revelatur ira dei de Fo. 1.
celo super omnem impietatem. Ista sicut recognoscitis pauli apostoli
verba sunt. Revelatur ira dei de celo super omnem impietatem et iniusticiam
hominum qui veritatem in iniquitate detinent. Numquid dixit eos non detinere
veritatem? Sed veritatem in iniquitate detinent. Occurrebat autem ut
diceretur eis: Unde illi impii veritatem detinent? Numquid deus ad quemquam
eorum locutus est? Numquid legem acceperunt sicut israelita populus per moy-
sen? Unde ergo detinent veritatem vel in ipsa iniquitate? Audite quod se-
quitur, et ostendit: Quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus
enim illis manifestavit. Manifestavit quibus legem non dedit? Audi quomodo
manifestavit. Invisibilia enim eius per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.
Interroga mundum, ornatum celi, fulgorem dispositionemque syderum, solem
diei sufficientem, lunam noctis solacium. Interroga terram fructificantem
herbis et lignis, animalibus plenam, homine exornatam. Interroga
mare quantis et qualibus natatilibus plenum. Interroga aera quantis volati-
libus vigeat. Interroga omnia et vide si non sensu suo tamquam tibi respondent.
Deus nos fecit. Hec et philosophi nobiles quesierunt, et ex arte artifi-
cem cognoverunt. Quid ergo? Quare revelatur ira dei super ipsam impietatem
que veritatem in iniquitate detinent? Veniat, ostendat quomodo. Iam enim dixit
quomodo cognoverunt: invisibilia eius dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur,
Sempiterna quoque eius virtus et divinitas, ut sint inexcusabiles. Quia cum
cognovissent deum, non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt,
sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor
eorum. Apostoli verba sunt non mea. Et obscuratum est cor eorum. Dicentes
se enim esse sapientes stulti facti sunt. Quod enim invenerunt superbia per-
diderunt. Dicentes se esse sapientes, id est donum dei sibi tribuentes, stulti
facti sunt. Unde probatur stultitia ipsorum? Unde apostolus sicut ostendisti
nobis unde potuerunt pervenire ad cognitionem dei, quia invisibilia eius per
ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Iam nunc ostende quomodo dicentes se esse
sapientes stulti facti sunt. Audi: quia immutaverunt, ait, gloriam incorruptibilis
dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadru-
pedum et serpentium. Figuras enim istorum animalium deos pagani
fecerunt. Invenisti deum et colis ydolum. Invenisti veritatem et ipsam
veritatem in iniusticia detines. Et quod per dei opera cognovisti, per opera
hominis perdis. Totum considerasti celum terram maria elementorum que omnium or-
dine collegisti. Istud non vis attendere quia mundus opus est dei, ydo-
lum opus est fabri. Si faber ydolo sic det sensum, dabit et cor ab ipso
ydolo faber adoraretur. Quomodo enim homo faber tuus deus est, sic homo
ydoli faber est. Quomodo ergo deus tuus qui te fecit, quibus est deus faber
qui illum fecit. Quomodo deus ydoli. Ergo si ydolum cor haberet, non fabrum adoraret.

qui illuxerit. Ecce in qua iretur non tenuerunt ad possessionem
quam viderunt via perducente non venerunt. Propter autem quia ipse est apud
patrem veritas et vita verbum deus de quo dictum est Vita erat lux hominum
ideo ipse est apud patrem veritas et vita verbum dei et non habebamus
qua iremus ad veritatem filius dei qui semper in patre veritas et vita est
assumendo hominem factus est via. Ambula per hominem et pervenis ad
deum. Per ipsum vadis ad ipsum vadis. Noli querere qua ad illum venias
preter ipsum. Si enim via esse noluisset erraremus semper. Factus est ergo
via est qua venias. Non tibi dico quere viam: ipsa via ad te venit;
Surge et ambula. Ambula moribus non pedibus. Multi enim
bene ambulant pedibus et male ambulant moribus. Aliquando enim ipsi
bene ambulantes preter viam currunt. Invenies quippe homines
bene viventes et non christianos. Bene currunt sed in via non currunt. Quanto
plus currunt plus errant quia a via recedunt. Si autem tales homines
perveniant ad viam et teneant viam, o quanta securitas est quia et bene
ambulant et non errant. Si autem non tenent viam quantumlibet bene am-
bulant, heu quam dolendi sunt. Melius est enim in via claudicare quam preter
viam fortiter ambulare. Hec satis sint caritati vestre. //

Ubi dominus ait: Verba que ego loquor vobis a meipso non loquor.

Audite animis propitiis mentibus dilectissimi loquentibus quod
nobis sed ipso docente qui non recedit a nobis. Dominus dicit quod
modo cum legeretur audistis: Verba que loquor vobis a meipso non
loquor; pater autem in me manens ipse facit opera. Ergo et verba opera sunt.
plane certa sunt. Nam profecto qui proximum loquendo edificat bonum
boni operis operator. Sed quid est A meipso non loquor nisi A meipso non
sum qui loquor. Ei quippe tribuit quicquid facit de quo est ipse qui facit.
Pater enim deus non est de aliquo; filius autem deus patri equalis sed de
patre deus. Ideo ille deus sed non de deo et lumen sed non de lumine; iste vero
deus de deo lumen de lumine. Nam in his duabus sententiis una qua dictum est
Non a meipso loquor; alia qua dictum est Pater autem in me manens ipse facit
opera. Singulas tenentes diversi nobis adversantur heretici qui non
ex una parte sed in contraria conantes a via veritatis exorbitant. Arria-
ni quippe dicunt: Ecce inequalis est patri filius, non a seipso loquitur.
Dicunt sabelliani id est patripassiani: Ecce quia pater ipse est et filius;
quid est enim pater in me manens ipse facit opera nisi in me maneo ego
qui facio? Contraria dicitis sed non eo modo sicut et falsum. Contrarium vero
sed sicut inter se duo falsa. Contraria errando in diversa; istis in medio est
via quam reliquistis. Inter vos ipsos longiore intervallo separati
estis quam ab ipsa via cuius desertores estis. Vos hinc vos autem
illinc huc venite; alter ad alterum transire nolite, sed hinc atque
illinc ad nos veniendo invicem vos invenite. Sabelliani agnos-
cite quod pretermittitis, Arriani quod subditis, et in via nobis-
cum ambulatis. Est enim quod invicem ex nobis alter alteri annunti-
utique dicatis. Audi sabelliane nec usque a domino ipse est pater quod filius cum ariano

integre assignat patri. Claudi arrianae usque ad quod filius equalis est patri ut sa-
bellianus eundem esse dicat et patrem. tu adde quod tollis, tu adimple
quod minuis et nobiscum ambo consistitis quia nec tu tollis nec tu mi-
nuis eum, quia et alius est a patre ut evitat sabellianum, et equalis patri ut
evitat arrianum. utrosque enim clamat. Ego et pater unum sumus, quia alius
unum audiat arrianus, quod alius sumus audiat sabellianus. et
nec illi equalem, nec illi alium negando sint vani. Si ergo quia
dixit, Verba que ego loquor vobis a meipso non loquor, propterea
putatur esse patris potestate ut non quod ipse velit faciat. Audiatur quod
dixit, Sicut pater suscitat mortuos et vivificat. Sic et filius quos
vult vivificat. Item si quia dixit, pater in me manens facit opera ipse, propterea
putatur non aliquid esse pater aliquid ipse. Audiatur quod dixit, Quecumque
pater facit. hec filius similiter facit. Et intelligatur non bis unus sed duo unum,
unum quia sic est equalis alter alteri ut tamen alter ex altero. non loquitur a se-
ipso quia non est a seipso. non pater in illo manens facit opera ipse quia per quem
et in quo facit non nisi ab ipso. Denique adiungit et dicit Non creditis quia ego
in patre et pater in me est. Alioquin propter ipsa opera credite. Ante solus
philippus arguebatur. Nunc autem non eum ibi solum fuisse qui esset
arguendus ostenditur. // Pacem meam do vobis pacem relinquo 20
vobis
D ominus ihesus fratres karissimi, pacem meam do vobis pacem meam
relinquo vobis. De pace dominus pius que pax sint quod vi-
deamus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simpli-
citas cordis, amoris vinculum, consortium caritatis. hec est que simul-
tates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat,
humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placi-
ta. non querit alienum nec deputat suum. docet amare que odisse
non novit, nescit extolli, nescit inflari. hanc ergo qui accipit
teneat, qui perdidit repetat, qui amisit exquirat, quoniam qui
eam non fuerit invectus abdicatur a patre, exheredatur a filio, nichilo-
minus a spiritu sancto alienus efficitur. Respondit omnimodo oblatum qui dare
legis contempsit. Domino nec poterit ad hereditatem domini pervenire qui
testamentum noluerit observare. Non potest concordiam habere cum christo qui
discors voluerit esse cum christiano. Contumacie ergo crimen est quod
meretur contemptus quod preceptum nolle quod imperat declinare.
Quod enim scelere cum discordia parare quod simultates amas quod
auctor placare non potuit, quos extrahis inimicicias in prothoplastum
dum sponsos exercit mestificat dum homini invidet ipse prosternitur
Dum adam cupit decipere ipse prius privatur angelatur. Quare autem contra caritate
amplecteris parare discordie auctor. De similitudine operum pare-
re ipsius esse cognoscere. // Ubi dominus ait discipulis suis Non 21
turbetur cor vestrum neque formidet // ad discipulos suos Non turbe-
A ccepimus verba domini fratres dicentis cor vestrum neque formidet.
Audistis quia ego dixi vobis quia vado et venio ad vos. Si
diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem quia pater
maior me est. Hinc ergo turbari et formidare poterat cor illorum quod
abibat ab eis quamvis venturus ad eos ne forsitan gregem lupus

in intervallo invaderet pastoris absentiam, sed a quibus homo abscedebat, deus non
relinquebat, quia idem homo ipse Christus homo et deus. Ergo et ibat per id quod erat homo
et manebat per id quod erat deus. Ibat per id quod uno loco erat, ma-
nebat per id quod ubique erat. Cur itaque turbaretur et formidaret cor
quando sic deserebat oculos ut non desereret cor, quamvis deus et qui nullo
continetur loco discedebat ab eorum cordibus qui eum relinquunt mo-
ribus non pedibus, et venit ad illos qui convertuntur ad eum non facie sed fide
et accedunt ad eum mente non carne. Ut autem intelligerent secundum id quod homo erat
eum dixisse Vado et venio ad vos, adiecit atque ait: Si diligeretis
me gauderetis utique quia vado ad patrem quia pater maior me est. Per quod ergo
filius non est equalis patri, per hoc erat iturus ad patrem, a quo et venturus est vi-
vos iudicaturus ac mortuos. Per id autem in quo est equalis gignenti unigenitus,
numquam recedit a patre sed cum illo est ubique per divinitatem quam nullus continet
locus. Qui enim in forma dei esset sicut apostolus loquitur non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo. Quomodo enim rapina posset esse natura quod erat usurpa-
sed nata. Semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Non ergo amit-
tens illam sed accipiens istam, eo modo se exinaniens quo hic minor
apparebat quam apud patrem manebat. Forma quippe servi accessit non
forma dei recessit; hec est assumpta non illa consumpta. Propter hanc dicit pater maior
me est, propter illam autem Ego et pater unum sumus. Hic attendat arrianus et
hac attendendo sit sanus ne contendendo remaneat insanus. Hec est enim
forma servi in qua dei filius minor est non patre solo sed et spiritu sancto, nec id tantum,
sed et seipso, quia idem ipse in forma dei maior est seipso. Neque enim homo Christus non dei
filius dei, quod et sola caro eius in sepulcro meruit appellari. Nam quid a-
confitemur cum dicimus credere nos in unigenitum filium dei qui sub Pon-
tio Pilato crucifixus est et sepultus? quid enim sepultum est nisi caro sine anima?
atque per hoc cum credimus in dei filium qui sepultus est, profecto filium dei dicimus
et carnem que sola sepulta est. Ipse est Christus dei filius equalis patri in forma
dei, qui semetipsum exinanivit non formam dei amittens sed formam
servi accipiens. Maior et minor seipso, quia maior est forma dei que amissa non est,
minor servi que accepta est. Quid itaque mirum vel quid indignum si secundum
hanc servi formam loquens ait idem ipse dei filius Ego et pater unum sumus.
Unum sunt enim secundum id quod deus erat verbum, et maior est pater secundum id quod verbum
caro factum est. Dicant et arriani et eunomiani negare non possunt secundum
hanc formam servi puer Christus et parentibus suis minor erat, quando parvus maioribus,
sicut scriptum est, subditus erat. Quid hic, heretice? cum Christus sit deus et homo lo-
quitur ut homo, et calumniaris deo. Ille in se commendat humanam, tu in illo
audes deformare divinam. Infidelis, ingrate, ideo tu minuis eum
qui fecit te, quia dicit ipse qui factus est propter te. Equalis enim patri filius per quem
factus est homo, ut minor esset patre factus est homo. Quod nisi fieret quid esset homo?
Dicat plane dominus et magister noster: Si diligeretis me gauderetis utique
quia vado ad patrem quia pater maior me est. Cum discipulis audiamus
verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agnos-
camus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua equalis est patri, humanam qua
maior est pater. Utrumque autem simul non duo sed unus est Christus, ne sit quaternitas
non trinitas deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus deus et homo.

Ac per hoc christus est deus et anima rationalis et caro. Christum in hiis omnibus, christum in singulis confitemur.
Quis ergo per quem factus est mundus? Christus ihesus sed in forma dei. Quis est
sub poncio pilato crucifixus? Christus ihesus sed in forma servi. Item de singulis
quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus ihesus sed in anima sola.
Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulcro? Christus ihesus sed in carne sola.
Dicitur ergo et in hiis singulis christus; verum hec omnia non duo vel tres sed unus
est christus. Ideo ergo dixit: Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad pa-
trem. Quia nature humane gratulandum est eo quod assumpta est a verbo unigenito
ut immortalis constitueretur in celo atque ita fieret terra sublimis ut in-
corruptibilis pulvis sederet ad dexteram patris. Hoc enim modo se iturum
dixit ad patrem. Nam profecto ad illum ibat qui cum illo erat. Sed hoc
erat ire ad eum atque recedere a nobis, mutare atque immortale facere
quod mortale suscepit ex nobis et levare in celum quod fuit in terra
pro nobis. Quis non hinc gaudeat qui sic diligit christum ut et suam
naturam iam immortalem gratuletur in christo atque ad se sperat futurum esse per christum.
Obiciunt nobis arriani creaturam dei filium asserentes, quod est quod
Salomon ad hec ex persona domini consentit et dicit: Dominus creavit me in
principio viarum suarum in opera sua, ante seculum fundavit me, in inicio priusquam
terram faceret, priusquam produceret fontes aquarum, priusquam montes
stabilirentur, ante omnes colles genuit me. Quibus cum videmus
multi quidem doctissimi viri hec ex persona illius sapiencie dei asse-
ruerunt quam Salomon ad iudicandum regendumque populum acceperat.
Sed quia nos non potuimus hec a nobis ex persona domini exigitis
nos velud ignaros reluctantes in quo venitur, itaque auxilio vobis carenti ubi
non reluctantes supra diximus sequimur primo quidem et supra diximus. Liceat utique
duas substancias naturas esse fatemur, divinitatis
personam in christo credimus, duas substancias
scilicet et humanitatis assumptricis et assumpte creatricis et creaturae, que tamen
non sunt confuse sed unite atque in una eademque persona inseparabiles
substancie proprietates manentes. Utriusque substancie proprietates
in sua essentia aptanda sunt, infirmitati humanitas quae tanta est. Sicut non vel
mirabilia divinitati quod creavit. In tantum enim hec duo unum erunt persone
atque coniuncte ut idem christus deus et homo alias res agat alloquatur
humanas, alias non divinas sicut enim quod dormivit in navi et
quod esurivit et quod quinque milia hominum
quod imperat ventis et mari
de duobus piscibus et quinque panibus saturavit, postremo quod
mortuus et quod lazarum quadriduanum ac divina iubeat a mor-
tuis resurgere. Ex quo intelligi non debes si propter de humilitate sua
dixit: Dominus creavit me in inicio viarum suarum in opera sua, quia subse-
quens dominus quod divinitati congruebat post premisso oportet dicens: Ante seculum
fundavit me, in inicio priusquam terram faceret et priusquam abyssos faceret
priusquam produceret fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur,
ante omnes colles genuit me. Hoc est dicens: creavit me deus inicium
viarum atque operum eius pro ceteris demonstravit sed ante seculum, ante inicium,
antequam celum et terram et tempora sicut genuit me. Hoc est: sine tempore et
sine inicio se a patre genitum demonstravit. Nam et totum breviter conplectens

xpc filius dei deus et homo secundum divinitatem ante tempora sine initio inenarrabiliter
a patre genitus sicut ysaias dicit Generacionem eius quis enarrabit
Novissimo autem tempore secundum humanitatem creatus est. Adveniens enim divinitati
uterus virginis marie aucte illa que in paradyso adam de limo formavit
carnem sibi ex substancia ipsius marie fabricavit quam pro salute mea
suscipiens et has coadunans natus est deus et homo. Generationem matheus
enarrat dicens. xpi autem generatio sic erat. Item solent adversum
nos huiusmodi venenatum componere sylogismum dicens. Si coeternum patri
creditis filium dicite quos deus esset genitus est, an deus non esset. Si deum
esset. Duo ergo ingeniti dii fuerunt et prior unus alterum generavit.
Aut sicut vos ita permittitis deus non esset genitus est erit utique patre
posterior. Ad quam venimus nos non aliud agendum est nisi ut tam graviter
hereticorum malicie ex epistolis apostoli resistamus quis facile sap
sclarius eludetur. Deum ergo nobis incorporata suppius obiciunt dicimus
nobis. Sicut solum patrem semper et sine initio ingenitum novimus. Ita
filium semper et sine initio ex patre genitum confitemur. Nec alia aliqua causa est quam
divisionem faciat personarum nisi quod hic ingenitus est et ille genitus
i. hic pater est et ille filius quia pater semper pater unigeniti filius quia ut diximus
non est genitus sed ipse genuit et filius semper filius unigeniti patris quia non genitus
sed genitus est. Una de re non aliquis qui apostolum percipere non invocavit
qui prudens eunomii arrii que malicia expectavit verum inisibilem
invisibilem et inenarrabilem et incomprehensibilem venientem potuit
verbi ipsa permisit explanare conatus est. Ergo cum scriberet ad he-
breos de filio dicit Qui cum sit splendor glorie et figura substancie eius
videamus ergo quid tale est quod filium splendorem nominavit. Splen-
dorem enim nisi fallor non dicimus nisi aut solis aut lune aut ignis
etiam lucis. Ergo est ergo unde quod tam in sanimus ut apostolum putemus inex-
timabilem illam divinitatis speciem soli aut igni assimilasse. Absit.
Sed ut ex hoc intelligamus quia sicut splendor ex substancia sol nascitur
Ita et filium ex substancia patris genitum. Et sicut non est sol aut ignis
prior splendore suo sed ex illo nascitur sed ex quo sol aut ignis prius
sit, simul et cum eo splendor eius apparuit. Nec dici potest splendor
sole vel igne posterior cum tamen ut diximus ex ipso nascitur. Si ergo in
creaturis aliquid invenitur quod et nascitur et posterius non sit a genitore
suo. Cur hec heretica creatori deo suo posse deesse credebant etiam pot et hoc verum
alia similitudine. Sicut splendor ex sole natus replet orbem
creaturarum et tamen a genitore suo non abscedit aliquando nec recedit. Ita et
filius ex patre genitus ubique deus sit et in patre semper permanet. Et sicut
substancialis splendor in sole est et sol in splendore. Ita substancialis pater in filio
et filius in patre est. Et sicut sol et splendor una substancia deus sit non tamen
una persona quia nec solem splendorem esse nec splendorem dicimus solem quia sicut
quod genuit splendorem, splendor non natus ex sole est. Ita et pater et filius esse sit

Hebreos 1

Splendor

Sol

unius essentie natus est unigenitus patri, sicut iam superius ad plenum monstravimus.
Et sicut sol per splendorem et calefacit et illuminat et siccat et solvit et
excandidat et denigrat et omnia que ei a deo mutata sunt operatur,
ita et patrem per unigenitum filium suum omnia legimus fuisse operatum.
Creatum inquiunt esse filium a parente genitum. Ad quod breviter
verum deum esse. Si creatus est, utique servus est, quia omne creatum conditum est ut
creatorem deserviat. Et si servus est filius, quomodo in forma dei constitutus formam
servi accepit? Servus enim formam servi accipere non potest. Item dicunt
adversum hec igitur omnibus solito verum deum esse.
Nona esse deum filium sed creatum, et ideo non colendus est, cum dicat non ut
creatura deus non est filius sed creatus, nec colendus est. Quod non ut
deus adorandus, dicente apostolo: Et coluerunt et servierunt creature
potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Et ad Galathas: Sed
tunc ignorantes deum hiis qui natura non sunt dii serviebatis. Sed hoc
replicabunt et dicent: Quid dicitis, quia creatura esse non ne-
gas simul cum divinitate adorabis atque eum non minus quam divinitati desinis.
Ego dominum carne ymo potius in Christo humanitatem adoro, quia
divinitate suscepta atque deitati unita est, ut non alium atque alium
sed unum eundemque deum et hominem dei filium esse confitear. Denique si
hominem separaveris a deo, ut Photinus et Paulus Samosatenus,
illi ego numquam credo nec servio, velut si quis manum ad purpura
ad dyadema regale iacens inveniat. Numquid ea contulit
adorare? Cum vero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit
adorare. Cum vero ea rex fuerit indutus quis contempserit? Ita et in Christo domino
si ea simul cum rege adorare quis contempserit. Ita et in Christo domino
humanitatem non solam adorandam sed divinitati sue unitam unum deum filium
deum unum et hominem unum, si quis adorare contempserit, eterne mortis
penam patietur. Ego sum vitis, vos estis sarmenta. Pater autem meus agricola est.

Desto carissimi parvo tempore. Audistis qui operatur in vinea
consonantem similitudinem. Est enim modo tempus vindemie temporalis. Est autem et spiritualis
vindemie, ubi deus gaudet ad fructum vinee sue. Colimus
enim deum et colit nos deus. Sed non sic deum colimus ut nos colit. Nos
enim colimus eum adorando, non arando. Ille
meliores facit. Colimus enim eum adorando. Quod vero nos colit tamquam
agricola agrum, quod ergo nos colit, me-
liores nos reddidit, quia et agricola agrum colendo facit meliorem.
Cultura ipsius est in nobis
et ipsum fructum in nobis querit, ut eum colamus. Cultura ipsius est in nobis,
quando cessat ille verbo suo extirpare mala semina de cordibus
nostris, aperire cor nostrum tamquam aratro sermonis, plantare semina
preceptorum, exspectare fructum pietatis. Cum enim ista cultura sic
accipimus in corde nostro ut eum bene colamus, non existimus ingrati
agricole nostro, sed fructum reddimus quo gaudeat, et fructus noster non illum
ditiorem facit sed nos beatiores. Ecce audite quia sicut deus colit
nos deus. Namque nos colimus deum non operis, ut plus nobis det.
Enim homo homo hominem colit, quia homines colunt deum, quando deus colit homines.

qui expavescit auditor qui audit: quia non in usu hominum ut dicatur quod deus
colit homines, sed quod deus colit homines. Debemus ergo probare vobis quod et deus
colit homines ne forte putemur verbum indisciplinatum dixisse et
aliquis in corde suo disputet quod nos et nescientes quod diximus reprehendat
nos. Hoc ergo constitutum est nobis demonstrare quod et deus colit nos, sed iam
dixi sicut agrum ut meliores nos faciat. Dominus dicit in ewangelio Ego
sum vitis vos estis sarmenta, pater meus agricola. Quid facit agricola
Interrogate vos qui agricole estis, quid facit agricola, puto quod agrum
colit. Si ergo pater deus agricola est habet agrum et colit agrum suum et expec-
tat inde fructum. Denique plantavit vineam sicut dicit ipse dominus et
et locavit eam agricolis qui redderent ei fructum temporibus propriis. Et misit
ad eos servos suos ut mercedem acciperent de vinee. Illi autem contumeliis
affecerunt eos aliquos et occiderunt et fructum suum reddere contempserunt
Misit alios et etiam passi sunt. Et dixit in parabola ille cultor agri sui
et plantator et locator vinee sue: Mittam unicum filium meum forte
vel ipsum verebuntur. Et misit inquit et filium suum. Dixerunt illi apud se
ipsos: hic est heres, venite et occidamus eum et nostra erit hereditas. Et occiderunt
eum et proiecerunt extra vineam. Cum venerit dominus vinee quid faciet illis
malis colonis. Responsum est: malos male perdet et vineam suam locabit
aliis agricolis qui reddant ei fructum tempore suo. Plantata est vinea cum
lege data in cordibus iudeorum. Missi sunt prophete querentes fructum
bonam vitam eorum, prophete ab eis contumeliis affecti et occisi sunt. Missus
est et Christus unicus filius patrisfamilias et ipsum occiderunt heredem et ideo perdiderunt
hereditatem. In contrarium eis vertit malum consilium, ut possiderent occiderunt
et quia occiderunt perdiderunt. Et modo audistis similitudinem ex ewangelio sancto a
·Lxx· Simile est regnum celorum patrifamilias qui exiit conducere operarios
in vineam suam. Exiit mane et quos invenit conduxit et placitum est cum
eis mercede denarium. Exiit ad horam tertiam invenit alios et adduxit
ad opus vinee. Et sexta hora fecit hoc. Et hora nona hoc fecit. Exiit
et hora undecima ad finem diei prope invenit quosdam otiosos stantes et
ait illis: Quid hic facitis? quare non operamini in vineam? Responderunt Quia
nemo nos conduxit. Venite inquit et vos et quod iustum fuerit
dabo vobis mercedem denarium. Placuit istis quod una hora erant
operaturi qui non audent sperare denarium sed tamen se accepturos
aliquid gratulabantur adducti sunt et ipsi ad unam horam. Finito die
iussit omnibus reddi mercedem a novissimis usque ad primos.
Inde cepit reddere ab eis qui hora undecima venerunt iussit dare denarium.
Illi qui prima hora venerunt videntes eos accepisse denarium quem cum
ipsis placuerat, speraverunt se plus accepturos. Ventum est et ad
ipsos et accipientes denarium murmuraverunt adversus patremfamilias dicentes
Ecce nos qui sustinuimus ardorem diei et estum equasti et pares
fecisti illis qui una hora in vinea operati sunt. Et ait patrifamilias iustissimum
iudicium reddens uni eorum: Sodalis non tibi feci iniuriam hoc est non te frau-
davi. quod placuit reddidi tibi, fraudem enim non feci quia quod pactus sum reddidi

huic nolo reddere sed donare. Non licet mihi facere de meo quod volo.
An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Si alicui tollerem alienum
recte reprehenderer quia fraudator et negator alieni; cum non debitum
reddo et cui volo et dono, numquid cui debebam me potes reprehendere
et cui donavi debes amplius gaudere. Non erat quod videret et equati sunt
omnes et facti sunt novissimi primi et primi novissimi, quia tunc acce-
perunt et primi et novissimi. Quomodo est quod a novissimis cepit reddere.
Nonne omnes legimus simul accepturi sunt? Legimus enim in alio
loco evangelii quia dicturus est eis quos ponet ad dexteram: Venite
benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi.
Si ergo omnes simul accepturi sunt, quomodo hic intelligimus priores acce-
pisse illos qui undecima operati sunt, et posteriores illos qui prima? Si po-
tuero sic dicam, ut pertineat ad intellectum vestrum, Deo gratias. Illi enim debetis
agere gratias qui vobis per nos erogat. Non enim de nostro erogamus.
Si interrogetis de duobus ubi gratia cumulatius prior accepit, qui post unam horam
accepit, an qui post duodecimam? Omnis homo videt quia prior
accepit qui post unam horam accepit quam qui post duodecimam. Sic
quamvis una hora omnes acceperint, tamen quia alii acceperunt post
unam horam, alii acceperunt post duodecim horas, illi dicuntur priores
accepisse qui post modicum temporis acceperunt. Primi iusti sicut Abel,
sicut Noe, quasi prima hora vocati felicitatem resurrectionis nobiscum accepturi
sunt. Alii iusti post illos Abraham, Ysaac et Iacob et quicumque erant
sed circa eos quasi tercia hora vocati felicitatem resurrectionis nobiscum accepturi sunt.
Alii iusti Moyses et Aaron et quicumque cum illis tamquam hora sexta vocati
felicitatem resurrectionis nobiscum accepturi sunt. Post eos prophete sancti tamquam nona hora
vocati eandem felicitatem nobiscum accepturi sunt. In fine seculi omnes christiani
tamquam undecima hora vocati felicitatem illam resurrectionis cum illis accepturi sunt.
Omnes simul accepturi sunt. Sed videte illos primos post quantum temporis
accipiunt. Si ergo illi primi post multum tempus, nos post modicum tempus, quamvis
simul accipiamus, priores videmur accepisse quia merces nostra non tar-
dantur. Erimus ergo in illa mercede omnes equales, tamquam primi novissimi
et novissimi primi, quia denarius est vita eterna et vita eterna omnes
equales erunt. Quamvis enim meritorum diversitate fulgebit alius magis,
alius minus, quod tamen ad vitam eternam pertinet equalis erit omnibus.
Non enim alteri erit longior, alteri brevior, quod pariter sempiternum est.
Quod non habet finem nec tibi habebit nec mihi. Alio modo ibi erit castitas co-
niugalis, alio modo ibi erit virginitas, alio fructus boni operis, alia corona passionis.
Illud alio modo et aliud alio modo, tamen quantum pertinet ad vivere eternum non plus
vivit iste quam ille. Pariter enim sine fine vivunt, tamen in sua claritate
vivat. Et est denarius quia vita eterna est. Non murmuret ergo qui post multum
tempus accepit contra eum qui post modicum tempus accepit. Illi redditur, illi donatur,
utrisque tamen una res donatur. Est et ista vita similis ad ut excepta ...
solutione similitudinis hic quamvis intelligatur. Prima hora vocati Abel et ipsius seculi iusti, tercia
Abraham et ipsius seculi iusti, sexta Moyses et Aaron et ipsius seculi iusti, nona

1. Abel
2. Noe
3. Abraham
4. Moyses
5. prophete
6. christiani

prophete et ipsi quasi sexti vel noni temporis fine scilicet denarium omnes acceperunt. Ista so-
lutio est similitudinis. Sed in hac vita incipit adulti hec similitudo. Tamquam
enim prima hora vocantur qui recentes ab utero matris incipiunt esse christiani.
Tertia pueri, qui sexta iuvenes, qui nona vergentes in senium, qui undecima omnino
decrepiti. Unum tamen vite eterne denarium omnes accepturi. Sed atten- 1
dite et intelligite fratres mei ne quisque differat venire ad vineam
quia securus est quia quandoque venerit ipsum denarium accepturus est.
Securus est quidem quia ipse denarium illi promittitur sed differre non iubetur. Nunquid
enim et illi qui missi sunt ad vineam conducti quando ad illos exierat paterfamilias
ut conduceret quos invenit hora tertia et conduxit, velut ergo dixerunt illi ex-
specta. Non illuc imus nisi hora sexta. Aut quos invenit hora sexta dixerunt non
imus nisi hora nona. Aut quos hora nona invenit dixerunt non imus nisi undecima.
Omnibus enim tunc de largiturus est. Quare nos amplius fatigamur? Quid est
daturus sit et quid facturus sit penes ipsum consilium est. Tu qui vocaris
veni. Merces enim equalis cunctis promittitur. Sed ipsa hora operandi magna
questio est. Si enim illi ubi ergo qui vocati sunt hora sexta in hac etate corporis con-
stituti ubi iuveniles anni fervent sicut ipsa hora sexta fervet sed di-
cerent illi iuvenes vocati expecta. Audivimus enim in evangelio quia omnes
unam mercedem accepturi sunt. Cum senes facti fuerimus hora undecima veniemus
tamen accepturi quod et laboraverunt. Responderetur eis et diceretur: Laborare non
vis qui nescis utrum vivas usque ad senectutem necessariis? Sexta hora vocaris
veni. Paterfamilias quidem undecima venienti denarium promisit sed
utrum vivas usque ad septimam nemo promisit. Non dico usque
ad duodecimam sed usque ad septimam. Quare ergo differs vocantem te
certus de mercede incertus de die? Vide ne forte quod ille est daturus est
promittendo tu tibi auferas differendo. Si hoc recte dicitur de infantibus
tamquam ad horam primam pertinentibus, si recte dicitur de pueris tamquam ad horam
tertiam pertinentibus, si recte de iuvenibus tamquam in hora sexte fla-
grantia constitutis, quanto magis recte decrepitis dicitur: Ecce hora iam undecima
est et adhuc stas? Veni piger. Ecce an forte non exiit ad te vo-
candum paterfamilias super vocandum? Si non exiit, quare est quod loquimur?
Nempe nos servi de familia eius sumus, conducere operarios missi
sumus. Eia. Quare stas? Finisti tempus annorum tuorum. Festina ad denarium.
Hoc enim exire paterfamilias innotescere. Qui enim in domo est in abscon-
dito est, non videtur ab eis qui foris sunt. Tunc autem exiit de domo vi-
ab eis qui foris sunt. Christus quando non intelligitur et non agnoscitur in secreto est.
Quando autem agnoscitur exiit conducere. Ex occulto enim processit ad
notitiam. Notus est Christus ubique predicatur, glorificatur, omnia quecumque sunt
sub celo clamant. Fuit irrisus quodam modo et reprehensus in Iudeis,
visus est humilis, contemptus est. Occultabat enim maiestatem, preemptam
habebat infirmitatem. Contemptum est in eo quod presumptum erat, non agnitum
quod occultum erat. Si enim cognovissent, nunquam dominum glorie cruci-
fixissent. Nunquid adhuc contemptibilis est sedens in celo, sic contemptus est cum
penderet in ligno? Agitaverunt caput qui eum crucifixerunt et ante crucem con-
stantes et tamquam ad fructum sue sevitie pervenientes insultantes dicebant:
Si filius Dei est descendat de cruce. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.

Descendat de cruce et credimus in eum. Non descendebat quia latebat. Multo
enim facilius poterat de cruce descendere qui potuit de sepulchro resurgere.
Ad manum informatorum demonstrabat patientiam, differebat potentiam
et non est agnitus. Non enim expectat tunc conductor operarios. Non expectat
non innotescat. Tertio die resurrexit, demonstravit se discipulis, ascendit in
celum et misit spiritum sanctum quinquagesimo die post ascensionem. Missus spiritus
sanctus implevit omnes qui fuerunt in uno conclavi cetum centum viginti hominum.
Impleti illi spiritu sancto ceperunt loqui linguis omnium gentium. Expressa est
vocatio [?] expressit ille conductor. Cepit enim per unitatem omnibus innotescere.
Nam tunc et unus accepto spiritu sancto et unus loquebatur omnium gentium
linguis. Modo autem in ecclesia ipsa, ipsa unitas tamquam unus loquitur omnium gentium
linguis. Ad quam linguam religio christiana non pervenit? Ad quos
fines non pertendit? Iam non est qui se abscondat a calore eius.
Adhuc sit mora ab eo qui stat in foro [?]. Manifestum est ergo fratres mei
omnes manifestum est. Currite ergo, estote quia dominus noster Ihesus Christus qui quis
se committit ad fidem ipsius animam suam vel superflua vel nequissima
omnia illi preterita dimittuntur, et omnino tamquam donatus fuit cum illo ta-
bule nove [?] prius omnia dimittitur. Nemo sit sollicitus quia ad eum no-
vissimus [?] dimittatur. Sed iterum nemo presumens sit securus. Ista enim duo occidunt animas:
vel desperatio aut perversa spes. De his duabus malis pauca audite.
Nam sicut liberat bona spes vera spes, ita decipit perversa spes. Primo
attendite quemadmodum decipiat desperatio. Sunt homines qui cum
cogitare ceperint mala que fecerunt non sibi putant ignosci posse.
Et dum non putant posse sibi ignosci, dant animam perire desperatione,
pereunt dicendo in cogitationibus suis: Iam nulla nobis spes est. Nam tanta
illa que commisimus donari nobis aut ignosci non potest. Quare ergo non satis-
facimus cupiditatibus nostris? Impleamus saltem presentis temporis voluptate,
quia nulla premia in futuro videmus. Faciamus quicquid libet etsi non licet,
ut habeamus suavitatem vel temporalem, quia percipere non audimur eterna. Talia
dicentes desperando pereunt, sive antequam omnino credant, sive iam christiani
et aliqua peccata et scelera male vivendo prolapsi. Procedit ad eos dominus
[illegible] et tamquam desperantes et natantes circumdantes pulsat et clamat
in propheta Ezechiele: In quacumque die conversus fuerit homo a via sua pessima,
omnes iniquitates eius obliviscar. Hac voce audita a desperatione re-
vocantur et ab illa altissima et profunda vorragine qua submersi fuerant
emergunt. Sed his timendum est ne in alia voragine moriantur presu-
mendo, moriantur qui desperando mori non timuerunt. Mutant
enim cogitationes longe quidem diversas sed tamen periculosas, et rursus in-
cipiunt dicere in cordibus suis: In quacumque die conversus fuero, omnia mea
pessima, et dominus misericors sit, veraciter per prophetam promisit omnes iniquitates
meas obliviscetur. Quare hodie convertor et non cras, et hodierna die
et sicut hesterna sit, sit nequissima nostra, sit in flagitiorum [illegible]
volutetur in mortiferis delectationibus; cras convertar et finis erit. [illegible]
et cum veniet finis de iniquitatum mearum. Quid gaudes quia cras iniquitatum
tuarum erit finis? Sed si ante crastinum tuus erit finis? Ergo [?] quidem gau-
des quia propter iniquitates tuas quod est indulgentiam dominus promisit, sed crastinum
diem nemo tibi promisit, aut si forte promisit mathematicus, longe aliud est quam deus.

Duo sunt que occidunt animas:
Desperatio
Perversa spes

Ezech 18

Eccli [?] [illegible]
c. 10 [?]

Multos mathematici fefellerunt quia et sibi plerumque lucra promiserunt
et dampna invenerunt. Ergo et propter istos male sperantes procedit per fallacias
quemadmodum processit ad illos qui male desperaverunt et perierunt
desperando et revocavit eos in spe. Sic procedit et ad istos qui male
sperando nolunt perire et dicit eis per alium librum Ne tardes converti ad
dominum neque differas de die in diem. In quacumque die iniquus conversus fuerit a via
sua pessima omnes iniquitates eius oblivioni tradam. Et tulit eis desperatorum
quia iam dederunt animum suum perditioni. Dimo indulgentiam desperantibus.
Sic procedit et ad istos qui sperando et differendo nolunt perire et loquitur
ad eos et increpat eos. Ne tardes converti ad dominum neque differas de
die in diem. Subito enim veniet ira eius et in tempore vindicte disperdet te.
Ergo noli differre. Noli quod patet contra te claudere. Ecce indulgentie
dator aperit tibi hostium. Cur moraris? Gaudere debebas si aperiret aliquando
pulsanti. Non pulsasti, aperit, et foris remanebis. Ne ergo differas. De
misericordie operibus quodam loco scriptum est dicit Ne dixeris vade et revertere cras
ego dabo tibi cum possis continuo benefacere. Non enim scis quid generat sequenti dies.
Audisti preceptum non differendi. [illegible] et differendo te
spiritum sanctum. Non possum dicere, non possum explicare. Aliquid et cogitationibus re-
linquimus, aliquid et silentio laxamus. Redi ad te ab omni strepitu
tolle te intra te. Vide si habes illic aliquod secretarium dulce con-
scientie tue, ubi non perstrepas, ubi non litiges, ubi non litis partes, ubi non
dissensiones et pertinacia mediteris. Esto mansuetus ad audiendum
verbum ut intelligas. Et forte dicturus es: Auditui meo dabis exul-
tacionem et leticiam, et exultabunt ossa humiliata, sed non elata. Suffi-
cit ergo quia ostendimus tria quedam separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari.
Si hoc in te invenisti, si hoc in homine, si hoc in quadam persona in terra ambu-
lante corpus fragile quod aggravat animam portante. Et credo
patrem et filium et spiritum sanctum per quedam visibilia per quasdam species as-
sumptas nunc posse et separabiliter demonstrari et inseparabiliter operari. Sufficit.
Hoc non dico pater memoria est, filius intellectus est, spiritus voluntas est. Non dico quomodolibet
intelligatur, non audeo. Servemus maiora capacitatibus, infirmis
infirmi quod possumus. Non ista dico illi esse, ut equanda quasi ad
analogiam, id est ad rationem quandam comparationis dirigenda. Non dico sed quid
dico: Ecce in te inveni tria separabiliter demonstrata, inseparabiliter operata,
et corporum trium unumquodque nomen a tribus factum, quod tamen non ad tria sed ad
trium horum unum aliquod pertinet. Crede iam ibi quod non potes videre,
si hic audisti et vidisti et tenuisti. Inde enim quod est potes nosse
in eo qui te fecit, quid est, quis esse est, quomodo potes nosse et si potes nondum
potes. Et tu cum potes, numquid sic potes tu nosse deum quomodo se no-
vit deus. Sufficiat ergo caritati vestre quod potuimus digerere; exigen-
tibus promissa reddidimus. Cetera que addenda sunt ut perficiatur presens
lectio a domino querite. Amen dico vobis quia venit hora et nunc est
quando mortui audient vocem filii dei. ·2a·

Spes nostra fratres non de isto tempore, nec de hoc mundo, nec in ea feli-
citate qua excecantur homines qui obliviscuntur deum.
Hoc nosse primitus et christiano corde tenere debemus, non ad presentis
temporis bona nos factos esse christianos, sed ad nescio quid quod deus
nobis promittit et homo nondum capit. De hoc enim bono dictum est: Quod
oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, que preparavit
deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonum tam magnum, tam preclarum, tam
ineffabile non invenit hominem percipere, testis deus promissore.
Nunc enim quod ei promissum est homo etiam corde non percipit, nec ei potest
ostendi promissor quid ipse ei promittit. Sit futurus quasi et infans natus
si posset verba loquentis intelligere, tamen ipse loqui non posset, nec ablactari
nec ad agendum, sicut est in ... infirmum iacere et indigere opibus
alienis: tamen intelligere posset eum qui se loquitur et diceret ei:
Ecce sicut me vides ambulare, operari, loqui, post paucos
annos et tu eris. Attendens se et illum quomodo promittentem videret, tamen
sua considerans infirma non crederet, et tamen videret quod promittebatur.
Nos autem in infantibus et magnum est quod promittitur et non videmus, et eget
fides qua credimus quod non videmus, credimus autem videre quod credimus.

Quamquam invidet hac fide ut ideo putet non vere esse quia non videt qui
venit quod non credebat erubescit, confusus separatur, separatus dampn
Qui autem crediderit segregatur ad dexteram et stabit cum magna fi
ducia et leticia inter illos quibus dicetur: Venite benedicti patris mei
percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Conclusit autem dominus cum hec
ista diceret sic: Ibunt iniusti in ambustionem eternam, iusti autem in vitam
eternam. Hec vita eterna que nobis promittitur. Quid amant homines? vivere. In
hac tua promissa est illis vita, et quia multum timent mori, promissa est
illis eterna. Quia amas vivere, hoc habebis; quia times mori, non patieris.
Hoc visum est sufficere humane infirmitati, ut diceretur: Habebis vitam eternam.
Capit hoc mens humana utcumque ex hoc quod ait, quod futurum est capit.
Sed quantum capit ex hoc parvo quod agit, quia vivit et non vult mori,
amat vitam eternam, vult se vivere numquam mori. Sed et illi qui torque
buntur in penis vellent ita mori et non possunt. Non ergo magnum est diu
vivere aut semper vivere, sed magnum est beate vivere. Amemus vitam eternam
et ex eo noverimus quantum pro vita eterna laborare debemus, cum videmus
homines amatores presentis vite temporalis atque finiende sic pro illa la
borare, ut quando mortis metus venit, quicquid possunt faciant non ut auferant
sed ut differant mortem. Quantum homo laborat quando mors imminet
fugiendo, latitando, quicquid habet dando et se redimendo, cruciatus, mo
lestias quas sustinendo, medicos adhibendo, et quicquid aliud homo potest
videte quia consumptus laboribus et facultatibus suis ut aliquantulum
vivat potest facere, ut semper vivat non potest. Si ergo tanto labore, tanto
conatu, tantis impendiis, tanta instantia, tanta vigilantia, tanta
cura agitur ut aliquantum plus vivatur, quomodo agendum est ut semper vivatur?
Et si prudentes dicuntur qui omnibus modis agunt ut differant mortem
et vivant paucos dies ne perdant paucos dies, quam stultissimi
qui sic vivunt ut perdant eternum diem. Hoc solum ergo nobis promitti potest
ut dulcescat nobis utique: numquam deficere. Ex hoc quod heri non quia
deficimus ... ipsius hemque ut vivamus et salvi simus. Ponamus ergo
nobis ante oculos talem vitam promitti eternam ut removeamus
ab illa quicquid hic molestum patimur. Facilius enim invenimus quid ibi
non sit quam quid ibi sit. Ecce hic vivimus, vivemus et ibi; salvi
sumus quando non egrotamus nec aliquid dolet in corpore, salvi erimus et ibi.
Et quando nobis bene est in hac vita nullas penas patimur, nullas patie-
mur et ibi. Pone ergo hic hominem vivere, salutem, nullas penas pati-
tem. Si enim ei donaret quisquam ut semper sic esset et hoc bonum non finiret
quantum gauderet, quantum extolleret, quo se non caperet leticia: sine
pena, sine cruciatu, sine fine vite. Si hoc solum nobis promitteret
deus quod dixi modo, quibus potui verbis descripsi et commendavi,
quanti esset emendum si venale esset, quantum donandum erat ut emeretur?
Sufficeret quicquid haberes et si totum mundum possideres, et tamen venale est.
Eme si vis. Non multum exestues de re magna pro precii magnitudine;
tantum valet quantum habes. Nam ad quod magnum et preciosum comparandum pa-
res aurum vel argentum vel pecuniam vel fructus aliquos pecorum

aut fructum qui in tua possessione nascentur ut emeres. Nescio quid hoc
magnum et preclarum quod promittebatur hac tua felicitate et hoc emere si vis. Noli
querere quid habeas sed qualis sis. Res ista te valet, tanti valet quantum es.
Tu te da et habebis illam. Sed malus sum inquies. Quid turbaris quia
expectueris? Nunquid quesitus es te ad emptus es te? Certe tu qui es
qualis es, da te illi et habebis illam. Sed malus sum inquies et forte
me non accipit. Dando te illi bonus eris ut huius fidei promissione
quia te debes hoc est bonum esse. Verum at bonus fueris post ipsius regni fit
habebis non quod dixi solum saltem incolumitatem vitam et sine fine vitam.
Nec hoc solum habebis, adhuc alia tollo. Non ibi eris lassari et dormire.
Non ibi eris esurire et sitire. Non ibi eris crescere et senescere quia nec nasci
eris ubi numerus integer manet. Nam qui est ipse erit operis ut augeatur
quia non ibi fit ut minuatur. Ecce quanta tuli et nondum dixi quod ibi
eris. Ecce iam vita est, iam incolumitas est, iam nulla penitus fames est,
nulla sitis, nullus defectus, nil horum, et tamen nondum dixi. Quod oculus
non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Sicut enim dixi
fratres mei quod scriptum est quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit. Verum enim ascendere in cor meum ut dicerem quod in cor
hominis non ascendit. Credere et videre non solum non vetet sed verum dicere. Quomodo ergo
credere si non dicere? Quis credit quod non audit? Sicut audit ut credit dicere.
Si dicere cogitatur si cogitatur et dicitur in auribus hominum mittit quia non dicatur
id cogitaverit. Et in cor hominis ascendit. Iam ecce istud ergo tante veritatis
hat nobis ut non possimus verbis explicare quod in auris explicat ve
Attendamus itaque carissimi quod dominus loquebatur et facimus quod ipse dixit.
Qui credit in me migrat transitum facit a morte in vitam et in iudicium
non veniet. Amen dico vobis quia veniet hora et nunc est quando mortui
audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet
vitam in semetipso sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Unde de-
dit quia genuit dedit. Filius enim de patre est, pater non est de filio, sed pater filii.
Pater est et filius patris est filius. Unicus filius de patre genitus, non pater de
filio et semper filius. Semper ergo genitus. Sed hoc capiat semper genitum. Quis enim
homo cum audit genitum occurrit illi: ergo erat tempus quando non erat iste
qui genitus est. Sed ergo dicas quando non fuit, non erat tempus ante illum, quia omnia per
ipsum facta sunt. Si omnia per ipsum facta sunt et tempora per ipsum facta sunt. Quomodo possint
esse tempora ante filium per quem facta sunt tempora. Tolle ergo omnia tempora semper est pater,
semper filius. Si semper cum patre filius, et tamen filius semper genitus. Si semper genitus semper
erat cum genitore qui genitus est. Nunquam hoc videre nequis tu aliquid
generantem et semper cum illo quem generavit. Sed precessit ille qui generavit
et secutus est tempore ille qui generatus est. Verum dicis. Nunquam hoc vidi quia hoc ad
id pertinet quod oculus non vidit. Quomodo ergo dicam? Non potest dici quia nec
auris audivit nec in cor hominis ascendit. Credatur et colatur. Cum creditur colitur,
cum colitur crescit, cum crescit capitur. Adhuc enim in ista carne quamdiu
peregrinamur a domino et angelos sanctos qui hoc vident infantes sumus lactandi
fide pascendi specie. Sicut enim dicit apostolus: quamdiu sumus in corpore peregrinamur a
domino, per fidem enim ambulamus non per speciem. Venturi sumus ad speciem

que nobis sic promittitur. prohemium epistole. Dilectissimi filii dei sumus et nondum
apparuit quid erimus. Filii dei sumus iam per gratiam, per fidem, per sacramentum
per sanguinem Christi per redemptoris salvatoris. filii dei sumus et
nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus
quoniam videbimus eum sicuti est. Ecce ad quod intravimus capiendum
ecce ad quod intravimus percipiendum. comedendum ut tu dicam, cibus est
non minuatur. et qui comedit reficitur. Nam modo cibus reficit a
comedendo sed minuitur cibus quem comedis. Cibum autem accepimus totum
deum, iustitiam comede, sapientiam comede, illum immortalem cibum
et nos refectam, et cibus ille non minuitur. Si enim novit oculus
pasci luce nec tamen minuit lucem. Non enim minor erit lux quia visa a
pluribus plurimorum oculos pascit, et tamen tanta est quanta erat et illa
pascitur et illa non minuitur. Si dedit deus hoc luci quam fecit ad oculos
carnis, quid est ipsa lux ad oculos cordis. Si ergo laudatur f
ab tibi magnum que promisimus eris pares ventre. Lauda te de
Ecce quod tibi dicit dominus tuus. Veniet hora in qua et nunc est
pa mente. Ecce quod tibi ... Quid. quando mortui audient vocem
Veniet hora et ipsa hora nunc est. Quid quod mortui audient vocem
filii dei et qui audierint vivent. Qui ergo non audierint non vivent.
Quid est qui audierint, qui obedierint. Quid est qui audierint
qui crediderint et obtemperaverint, ipsi vivent. Ergo antequam cre-
derent et obedirent mortui iacebant, et ambulabant et mortui
erant. Quid valebat quia ambulabant mortui. Et tamen si quis
in illos mori corpore contreverit sepulcrum parant volentes
portaverunt sepelierunt. mortui mortuum. de quibus dominus dicit Sine
mortuos sepelire mortuos suos. Tales mortui sic suscitantur
et vivant in fide qui mortui erant in infidelitate et verbo
illo dicit dominus Veniet hora et nunc est. Verbo enim
excitantur. De ipsa hora dixit dominus Veniet hora et nunc est. Verbo enim
suo suscitabat mortuos infideles. De quibus dicit apostolus Surge
qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Hec resurrectio
mentium est. hec resurrectio interioris hominis est. hec resurrectio anime est.
Sed non ista sola est, restat et corporis. Qui resurgit in anima bono
suo resurgit in corpore. Non enim omnes resurgunt in anima. Omnes
resurrecturi sunt in corpore. In anima inquam non omnes resurgunt
sed qui credunt et obediunt. quia qui audierint vivent. Sed at aut
apostolus Non omnium est fides. Si ergo non omnium est fides Non omnes resurgunt in
anima. Cum veniet hora resurrectionis corporis omnes resurgent
boni sint mali sint. omnes resurgent. sed qui prius resurgit in anima
bono suo resurgit in corpore ad vitam. qui non resurgit in anima malo suo resurgit
in corpore. Qui resurgit in anima resurgit in corpore ad vitam. Qui
non resurgit in anima resurgit in corpore ad penam. Rogo ergo dominus
commendavit nobis resurrectionem istam animarum ad quam omnes
dominus festinaret in qua laboraverit vivamus et vivendo usque ad ...
ne perveniamus, restabat ut commendaret nobis et resurrectionem corporum ge-
futuram eterna sine fine. Sed audite quod ipsam commendans dixisset.
Amen dico vobis quia veniet hora et nunc est quando mortui id est infideles au-
dient vocem filii dei id est crucis et qui audierint id est qui obedierint
vivent id est iustificabuntur et infideles iam non erunt. Cum hoc ergo dixisset.

quo vadit

quo vadit docendos nos esse et de resurrectione carnis non sic relin-
quendos securos esse et ait Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit
et filio vitam habere in semetipso, hoc ad suscitandas mentes, hoc ad vivi-
ficandas mentes. Deinde adiecit, Et potestatem dedit ei iudicium facere
quoniam filius hominis est. Iste filius dei filius hominis est. Etenim si filius
dei filius dei maneret et filius hominis non fieret, filios hominum non li-
beraret. Ipse qui fecerat hominem factus est quod fecerat ne periret quod fecerat.
Sic autem factus est homo ut maneret filius dei, factus est enim homo
suscipiendo quod non erat, non perdendo quod erat, manens deus factus
est homo, accepit carnem non corruptus est in carne. Talis ergo ad nos venit
filius dei filius hominis faciens et factus creator et creatus, creator
omnis creatus ex matre. Talis ad nos venit. Sed id quod filius dei
est ait, Veniet hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei.
Non dixit filii hominis. Veritate enim commendabat in qua equalis est
patri. Et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso
sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Non participando sed in semetipso
habet. Nos enim non homines vitam in nobis ipsis sed deo nostro. Ille autem pater vitam
non participando habet. Nos autem non habemus vitam in semetipsis. Ille autem per filium qui habet vitam in semetipso non
habet in semetipso et talem genuit filium qui habet vitam in semetipso non
fieret vite participes sed ipse vita esset cuius vite nos participes essemus.
Ut autem fieret plane ut haberet vitam in semetipso et esset ipse vita, filius hominis ut
filius hominis a nobis accepit, filius dei in semetipso, filius hominis quod
esset susceptum a nobis. De suo filius dei, de nostro filius hominis quod
nobis dedit. Ratus est mortuus est ex
minus est a nobis accepit, quod plus est nobis dedit. Nam mortuus est ex
illo quod est filius hominis non secundum id quod est filius dei. Mortuum se tamen filius dei
secundum quod caro fuit et habitavit in nobis
secundum carnem mortuus, non secundum verbum. Quod caro fuit et habitat in nobis
ergo quo mortuus de nostro mortuus est quo vivimus de ipso vivimus.
Nec ille potuit mori de suo nec nos vivere de nostro. Hoc est quando de
tam unigenitus tamquam humanus equalis. Commendavit nobis dominus
tamquam unigenitus tamquam humanus equalis. Et potestatem inquit dedit ei iudicium facere
inquit quia si audierint vivent. Et potestatem inquit dedit ei iudicium facere
quoniam filius hominis est. Ergo ad iudicium illa forma veniet que forma
hominis vertitur et ad iudicium id ait, potestatem dedit ei iudicium facere
quoniam filius hominis est. Iudex hic erit filius hominis, forma illa iudicabit
que iudicata est. Audite et intelligite. Iam hoc propheta dixerat, Videbunt
in quem pupugerunt. Ipsam formam videbunt quam lancea
pupugerunt. Sedebit iudex qui stetit sub iudice. Damnabit
veros reos qui factus est falsus reus. Ipse veniet, forma illa veniet. Hoc
i evo habes cum ante oculos discipulorum suorum iret in celum stabant
illi et attendebant et sonuit vox angelica. Viri galilei quid statis
aspicientes in celum. Hic Iesus sic veniet quomodo eum vidistis euntem in
celum. Quomodo sic veniet, in ipsa forma veniet. Potestatem enim dedit ei
iudicium facere quoniam filius hominis est. Vide autem quadam voce hoc oportet
iudicium facere quoniam filius hominis est. Videbunt iudicem. Iudicandi autem
erat boni et mali. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Restat
ergo ut in iudicio forma servi et bonis et malis ostenderetur, forma dei solis bonis
servaretur. Hoc enim accepturi sunt boni. Ecce iam dico quod paulo ante dixi
et tamen dicendo non dico. Dixi enim quia illic salvi erimus, incolumes
erimus viventes erimus sine peste erimus sine fame et sine siti erimus sine

defectu erimus, sine orbitate oculorum nostrorum. Totum hoc dixit quod habemus
plenus nondum dixit videbimus deum. Hoc autem tantum erit et tanta res erit ut in
comparatione nichil sit totum. Dixi quod vincetur erimus quod salui et inco-
lumes quod famem sitim quod non patiemur quod in lassitudine non cadamus
quod sompnus nos non premet. Totum hoc quid est ad illam felicitatem qua deum videbimus
Ergo quod deus ipse ut est modo ostendi non potest quem tamen videbimus. Non quod oculus
non vidit nec auris audivit. Hunc videbunt boni hunc videbunt pii hunc videbunt
misericordes hunc videbunt fideles hunc videbunt qui habebunt bonorum
sortem in resurrectione corporis qui habuerunt bonam observantiam in resurrectione cordis.
Ergo et mali resurrecturi sunt de quo dicitur per ysaiam tollatur impius ne vi-
deat gloriam dei. Ergo et impii et pii videbunt formam illam et cum fuerit
ostensa ista tollatur impius ne videat claritatem dei. Restat ut etiam pios
et bonos impleat quod deus ipse promisit cum hic in carne esset et videretur
non solum a bonis sed etiam a malis loquebatur inter bonos et malos conspiciens
omnibus deus occultus homo manifestus deus regens homines homo apparens inter
homines. Loquebatur ergo inter illos et dicebat Qui diligit me mandata
mea custodit et qui diligit me diligetur a patre meo et ego diligam illum.
Et quasi diceretur illi Et quid ei dabis Et ostendam meipsum illi. Quid hoc dixit
quid qui ab hominibus videbatur quid hoc dixit quid et ab eis videbatur a quibus
non diligebatur. Quomodo ergo se ostensurum erat dilectoribus suis nisi quia talem qualem
non videbant dilectores sui. Ergo quia formam servabat dei formam hominis
ostendebat per formam hominis hominibus loquens conspiciens et visibiliter et bonis et
malis omnibus ostendebat se dilectoribus suis servabat se quam demon-
straturum dilectoribus suis post resurrectionem corporis quam tollatur impius
ne videat claritatem dei. Tunc enim cum apparuerit similes ei erimus quoniam videbimus eum
sicuti est. Ipsa est vita eterna. Nam totum quod diceremus non est ad illam
vitam. Ecce vivimus quod est quia salvi sumus quod est quia videbimus deum magnum est.
Ipsa est vita eterna. Ipse hoc dixit Hec est autem vita eterna ut cognoscant te verum
et verum deum et quem misisti ihesum christum. Hec est vita eterna ut cognoscant vi-
deant capiant noverint quod crediderunt percipiant quomodo capere pote-
rant. Iam videat mens quod oculus non vidit nec auris audivit nec in
cor hominis ascendit. Hoc illis dicetur in fine Venite benedicti patris mei percipite
regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Ibunt ergo illi mali in
ambustionem eternam iusti autem quo in vitam eternam. Quid est vita eterna
Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti ihesum
christum. Loquens ergo de futura resurrectione corporis et non nos dimittens ait
potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc
quia veniet hora. Ibi non addidit et nunc est quia ista hora precedit quia ista
hora in fine seculi erit quia ista hora novissima erit in novissima tuba erit.
Nolite mirari ideo dixit quia hominem ab hominibus vult iudicari quos hominibus
iudicari quos invenit in vobis non solum sed quia veniet hora qua omnes qui
in monumentis. Quid expressius tamen mortuos qui sunt in monumentis
quorum iacent sepulta cadavera quorum favillae tectae sunt quorum ossa
dispersa sunt quorum caro iam non est et tamen in deo integra est. Veniet hora qua omnes
qui sunt in monumentis audient vocem eius et procedent omnes. Boni sive mali sint
audient vocem et exient. Dum putrescunt omnia in vitulamine revocantur quod prius

ymmo p[re]isse puta[n]t restitui. Sicut en[im] fec[it] ho[m]i[n]em de[us] q[ui] no[n] e[ra]t no[n] p[otes]t
reparare q[uo]d [er]at puta q[uia] cu[m] d[icitu]r de[us] mortuos suscitat[ur]us e[st] no[n]
res mirabil[is] d[icitu]r q[uia] de d[e]o no[n] de ho[m]i[n]e d[icitu]r. Magna res e[st] q[uod] fiet
et mirabil[is] res e[st] q[uod] fiet s[ed] no[n] sit incredibil[is] q[uia] vide q[ui]s fa[cit]. Ille d[icitu]r
qui suscitab[it] te qui creauit te. No[n] e[ra]s et es et fut[ur]us no[n] eris. Abs[it].
Ne credas. Mirabili[us] ad fec[it] de[us] q[uan]n[do] fec[it] quod no[n] e[ra]t et tu fec[it] q[uo]d
no[n] e[ra]t. Et no[n] credi[tur] reparatur[us] quod e[ra]t ab eis p[ar]ib[us] quos fec[it]
no[n] e[ra]t. Et no[n] credi[tur] reparatur[us] quod e[ra]t ... qui no[n] eram[us] et su[m]us
qui no[n] erat. H[oc] e[st] q[uod] rep[re]hendim[us] d[icu]n[t] qui no[n] eram[us] et fui[mus] sum[us]
h[oc] illu[m] rep[re]hedim[us] ut eu[m] resuscitare quod fec[it] no[n] posse credas.
H[ec] e[st] merces qua[m] illi redd[idi]t cart[a] sua. Ideo te feci d[icit] [en]i[m] de[us] O homo
h[ec] e[st] merces qua[m] illi redd[idi]t ... qui e[ra]s q[uia] potuisti e[ss]e
au[tem] qu[ando] eras ut no[n] n[on] credas futuru[m] te e[ss]e qui e[ra]s q[uia] potuisti e[ss]e
qui no[n] e[ra]s. S[ed] ecce mo[do] q[ue]r[er]e i[n] sepulc[ro] quod video fauilla e[st] cinis e[st]
ossa s[un]t et h[ec] ite[rum] accipiet uita[m] cute[m] palpas carne[m] et resurgit
ossa s[un]t et h[ec] ite[rum] accipiet ... quod video i[n] sepulc[ro] vel i[n] sepulc[ro] vides
Cont[ra] fauilla ista ossa ista que video i[n] sepulc[ro] vel i[n] sepulc[ro] vides
fauillas vides ossa i[n] uteo mat[r]is tue n[on] e[ra]t. H[oc] vides ut fauilla
ossa erat et ty[?]
fuit ossa s[un]t tu au[tem] qu[ando] eras n[ec] fauilla erat n[ec] ossa erat et t[ame]n
fut[ur]us es tu o[mn]i[n]o no[n] eras et no[n] credis q[uia] ossa ista quos s[un]t q[u]ali[ter]c[um]q[ue]
s[un]t t[ame]n ne recipiet form[am] qua[m] h[ab]ebat tu tu recipis q[uan]do no[n] h[ab]e[bas]
ba[s]. Crede q[uia] si credidis h[oc] tu[n]c suscitab[itu]r a[n]i[m]a tua et si suscita
b[itu]r a[n]i[m]a tua n[un]c uenit ho[r]a et n[un]c e[st] t[un]c bono tuo surget cad[auer]
tua[m] q[ua]n[do] ueniet ho[r]a i[n] qua om[n]es qui s[un]t i[n] monu[men]t[is] audiat uoce[m] ei[us]
et p[ro]cedat. No[n] en[im] q[uia] audis et p[er]dis ia[m] gaude[re] debes audi q[uo]d se[quitur]
Qui bona egerunt ibunt i[n] resurrectione[m] uite q[ui] mala egerunt
i[n] resurrectione[m] iudicii. Co[n]ue[r]si ad d[omi]n[u]m. Sermo de sc[ri]ptur[is]
ueterib[us] ac nouis q[ue] dicuntur ... ymno cottidie nob[is]

S[ermo] **28.**

Sacra et di[vi]na eloquia fr[atr]es ... ymno cottidie nob[is]
salubriter recitan[tur] ut a[n]i[m]e n[ost]re pasca[n]tur i[n] futuro at solo
eternis epul[is] sagine[n]t[ur]. Dicente p[ro]ph[et]a. Saciabor d[u]m mai
festabi[tu]r gl[ori]a tua. Qualis sit at h[ec] gl[ori]a futura ex quib[us] diuicijs
floreat, q[ua]ntoq[ue] splendore p[re]fulgeat laudare possum[us], explicare
no[n] possum[us]. Quia q[uo]d s[cri]p[tu]m legim[us] n[ec] ocul[us] vidit n[ec] auris audi[vi]t
n[ec] i[n] cor ho[m]i[n]is asc[en]d[i]t que p[re]p[ar]auit de[us] diligentib[us] se. Sic tanta et
talia s[un]t bona eterna celestia que de[us] o[mn]ip[otens] p[re]pa[ra]t s[an]c[t]is suis
catho[lic]is et fidelib[us] p[ro]mis[it]. Qu[on]i[a]m de ip[s]e de[us] q[ui] tanta et talia p[re]parauit.
Qu[ia] e[ni]m q[uo]d [?] o[mn]ip[otens] de[us] est ? in estimabil[is] ineffabil[is] incomp[re]he[nsibi]l[is]
uel o[mn]ia ex o[mn]ia p[er] o[mn]ia. O[mn]e[m] e[ni]m creatura[m] sua excedi[t]
o[mn]e[m] f[ut]ura p[ro]ti[nus] vniuersa p[re]cellit. Si e[ni]m q[ue]ras magnitu[dinem]
maior e[st]. Si pulcritud[inem] pulcrior. Si dulced[inem] dulcior. Si splendore[m]
fulgidior. Si iusticia[m] iustior. Si fortitu[dinem] fortior. Si pietate[m]
clementior. Nulla e[ni]m r[ati]o pat[it]ur ut uel fact[ur]a f[a]c[t]ori suo eque[tur]
uel op[us] artifici co[m]parer[ur]. Sic le[gitur] i[n] p[ro]ph[et]a. Qui fecit fortia
fortior e[st] et q[ui] fec[it] pulc[r]a pulcrior e[st] ille. Sic at h[uius] vnitate dei
precelsa insignia p[re]dicat ut t[ame]n no[n] sicut videat sic dam
etni[?] diuine mistica p[er]fectio[n]e fateam[ur]. Sic e[ni]m op[or]tet ineffabil[is] p[at]er e[st]
Ita op[or]tet et incomp[re]hensibil[is] filius. Ita et sp[iritu]s s[an]c[tu]s i[n] p[at]re et filio dicit[ur] que[m]...

Gl[ori]a eterna est deffi[nita]

Creatura[m] no[n] equari creatori

ineffa^t atque immensus pater cum filio et spiritu sancto unus omnipotens deus unus in
trinitate unus in pluralitate unitas trinitas sempiterna maiestas unum
potens per omnia et trinitas in unitate et unitas in trinitate consistit, sed non
trinitas divisa nec unitas separata. Hac igitur catholica fide armati atque
instructi sint minime nephandos arrianos hereticos qui se hoc tempore impie
iactant et iactitant multos sanos nostros seducendo corrumpunt,
atque de capite ut brevius pertractem quod orat dominum qui sentiunt contra
dominum. Audiet nos dicentes evangelium diminutionem in trinitate et sunt legis
patrem maiorem, filium minorem, spiritum sanctum inferiorem, quia ipse christus dicit
pater maior me est. Hos videmus sic inquam orant et colunt deum.
Sic plane legimus sic colimus sic oramus. Ad hos dicimus: Ergo
sic plane legimus sic colimus sic oramus. Ad hos dicimus. Ergo
ita deum colunt et orant hii non deum magnum minimi colunt et rogant
sed tres deos faciunt. Et ubi est quod in lege divina colitur: Audi israel dominus
deus tuus deus unus est. Et iterum alibi ait: Dominum deum tuum adorabis
Deut^o et illi soli servies. Si enim aliud est pater aliud filius aliud spiritus sanctus iam non est
una trinitas sed divisa pluralitas, quod autem discrepans pluralitas stare potest
unum enim legimus: Omne regnum in semetipsum divisum non regnum stare
non posse. Quod autem divinitas a semetipsa discernitur cuilibet sple-
·Sol· dor a solis calor nullatenus separatur. Ecce enim sicut videmus in
Cursus sole tamen sunt et separari omnino non potest. Quia autem tam sunt videamus cursus
Splendor splendor et calor videamus enim solem in celo currentem fulgentem
Calor. calentem. Divide ergo si potes arriane solem et tres demum dividentur.
Sed fortassis de sole discernendo difficile tibi est quia in celo est et a nobis
Ignis. longe positus est. Ecce ad propinquius elementum quod inter nos est et in
manibus nostris habetur et tamen inter nos divi-
Motus tur a nobis ignem dico qui in manibus nostris habetur et tamen non dividitur propter hoc enim motum lucem et fervorem
lux Et ignis enim tamen habet sed dividi non potest tamen sole et igne.
fervor Sic nephande heretice dividere non potes tantum solem et ignem.
quomodo potes dividere deum omnium creatorem. Audi autem et disce hanc mag-
nam et veram trinitatem ab exordio generis humani fuisse ostensam. Audi in
lege et prophetis in psalmis et in evangelio. Audi in apostolo paulo declaratam.
Gen. 1 Audi in quam in genesi faciamus deus hominem ad ymaginem et similitudinem
nostram. Audi et inseparabilem trinitatem dicit in eodem libro Et spiritus domini ferebatur super aquas.
Isay Audi prophetam dicentem ex persona christi Spiritus domini super me propter quod unxit me
evangelizare pauperibus misit me. Audi in psalmo verbo domini celi
firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterum redde mihi leticiam
salutaris tui et spiritu principali confirma me. Audi hoc idem in evangelio con-
firmatum dicentibus domino apostolis dicit: Data est mihi omnis potestas in celo et in
terra. Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti.
Ro 11 Audi in apostolo: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam incom-
prehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit sensum
domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi et retribuetur ei.
Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum amen.
Sic tamen ut tibi sequimini in omnibus scripturis satis aperteque probatum est divinam uni-
tatem inseparabilem ponit hereticos secundum apostolum dicentem hereticum post unam correp-
tionem devita. Et a fidelibus nostris populos de ipsa fide catholica confirmet

Fidei excellentia

Nulle quippe sunt maiores divitie, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius
maior substantia quam est fides catholica que peccatores homines salvat, cecos
illuminat, infirmos curat, cathecuminos baptizat, fideles iustificat,
penitentes reparat, iustos augmentat, martires coronat, virgines
viduas et coniugales casto pudore conservat, clericos ordinat, sacer-
dotes consecrat, regnis celestibus preparat, in eterna hereditate cum angelis
sanctis communicat. sicut ipse dominus promittendo confirmat. In resurrectione neque
nubent neque uxores ducent sed erunt equales angelis dei etc.

29.

Sermo beati Augustini episcopi de adventu domini etc.

Propitia divinitate fratres karissimi iam adveniunt dies in quibus natale
domini salvatoris cum gaudio desideramus celebrare. Et ideo rogo et
moneo ut quantum possumus cum dei adiutorio laboremus ut in
die eius sincera et pura conscientia et mundo corde et casto corpore ad altare
domini possimus accedere et corpus et sanguinem eius non ad iudicium sed ad re-
medium anime nostre mereamur accipere. In Christi enim corpore vita nostra con-
sistit, sicut ipse dominus dixit. Nisi manducaveritis carnem filii hominis et
biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Mutet ergo vitam qui vult
accipere vitam. Nam si non mutat vitam, ad iudicium accipiet vitam,
et magis ex ipsa corrumpitur quam sanatur, magis occiditur quam vivificatur.
Sic enim dixit apostolus. Qui manducat corpus domini indigne et sanguinem eius,
indigne iudicium sibi manducat et bibit. Et licet nos omni tempore bonis
operibus ornatos ac splendidos esse conveniat, precipue tamen in die natalis
domini sicut in evangelio ipse dixit. Luceant coram hominibus opera vestra. Considerate
queso fratres quando aliquis homo potens aut nobilis natale suum aut filii sui celebra-
re desiderat, quanto studio ante plures dies quicquid in domo sua sordidum
viderit ordinat emundare, quicquid ineptum et incongruum proiciat, quicquid utile
et necessarium perspexerit exhibere. Domus etiam si obscurata fuerit dealbabitur, pavi-
menta a scopis mundantur ut diversis floribus adornentur. quicquid et
ad letitiam pertinet animi et corporis omni sollicitudine providetur, utique
ista fratres karissimi ut dies natalicii cum gaudio celebretur hominis
morituri. Si ergo tanta preparas in natalicio tuo aut filii tui quanta et
qualia preparare debes suscepturus natale domini tui. Si talia preparas
morituro, qualia preparare debes eterno. Quicquid ergo non vis invenire in domo
tua, quantum potes labora ut non inveniat deus in anima tua. Et certe si
terrenus rex vel quicumque patrifamilias ad suum invitaret natalicium
qualibus vestimentis studeres ornatus incedere, quam novis, quam ni-
tidis, quam splendidis, quorum nec vetustas nec vilitas nec aliqua
feditas oculos invitantis offenderet. Tali ergo studio in quantum po-
tes, Christo auxiliante contende, ut diversis virtutum ornamentis anima tua
composita simplicitatis gemmis et sobrietatis floribus adornata ad solempni-
tatem regis eterni, id est ad natale domini salvatoris cum secura conscientia pro-
cedas castitate nitida, caritate splendida, elemosinis candida. Christus
enim dominus si te ita compositum natalicium suum celebrare cognoverit, per se ipse
venire et animam tuam non solum visitare sed etiam requiescere in perpetuum in illa

Castitas
Caritas
Misericordia

dignabitur habitare sicut scriptum est: Et inhabitabo in illis et inambulabo. Et
iterum: Ecce sto ad hostium et pulso; si quis surrexerit et aperuerit, intra-
bo ad illum et cenabo cum eo et ille mecum. O quam felix est anima que ita sua
ita deo auxiliante studuit gubernare ut Christum hospitem et habitatorem
mereatur excipere. Sicut econtrario quam infelix est et in conscientia lacrimarum fonte
lugenda, que se ita malis operibus cruentauerit ut in ea non Christus re- 1
quiescat, sed diabolus incipiat dominari. Talem enim animam si medicamentum
penitentie non cito subuenerit, a luce relinquetur et tenebris occupatur,
uacuatur dulcedine, impletur amaritudine, ad mortem inuaditur, a uita repudiatur.
Non tamen de domini pietate diffidat qui talis est, nec mortifera desperatione frangatur,
sed magis ad penitentiam cito confugiat. Et dum adhuc noua sunt et ualent
peccatorum suorum uulnera, sic se adhibeant medicamenta et sobrietatem quam medici
in omnipotente est et consciunt plagas suas curare ut nec cicatricum ues-
tigia post ipsa medicamenta remaneant. Ideo et ab omni inquinamento
ante eius natale multis diebus abstinere debetis. Quocienscumque aut
natale domini aut reliquas solempnitates celebrare disponitis, ebrietatem ante
omnia fugite, iracundie quasi bestie crudelissime repugnate, odium
uelut uenenum mortiferum de corde uestro repellite, et tanta in
uobis sit caritas que non solum usque ad amicos sed et usque ad ipsos per-
ueniat inimicos, et secure possimus dicere in oratione dominica: Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nam qui odium habuerit uel unum hominem
scit nescio si ad altare domini possit securus accedere, cum per papam beatus
iohannes euangelista terribiliter clamet et dicat: Qui fratrem suum odit homi-
cida est. Nam in iracundia uterque homicida antequam penitentiam agat
presumere debeat eucharistiam accipere. Addit et adhuc sanctus iohannes euangelista
et clamat dicens: Qui fratrem suum odit in tenebris est et in tenebris ambulat et
nescit quo uadat, quia tenebre obcecauerunt oculos eius. Et iterum: Qui
inquit fratrem suum non diligit manet in morte. Et iterum: Si quis
dixerit quia deum diligo et fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non
diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet quomodo potest diligere.
Quicumque ergo odium uel iracundiam seruat in corde et sub tali tonitruo
nec terretur nec expergiscitur dormientes, sed mortuus esse credendus est. Hec ergo
fratres karissimi cottidie cogitantes qui boni sunt cum dei gratia contendant
perseuerare in operibus bonis, quando non qui ceperit sed qui perseuerauerit usque in
finem hic saluus erit. Qui uero se ad elemosinas tardos et ad iracundiam
promptos et ad concedendam iracundiam precipites esse cognoscunt, auxi-
liante deo festinent se a malis eruere ut que bona sunt ualeant implere,
ut cum dies iudicii uenerit non cum impiis et peccatoribus puniantur,
sed cum iustis et misericordibus peruenire ad eterna premia ualeant. Amen.
Sermo beati augustini de aduentu et natiuitate domini cum quibusdam contra iudeos
Legimus fratres per Moysen populo dei precepta dantem ubi dicit: Audi 30
Israel dominus deus tuus deus unus est. Non potest esse maior, non potest
esse minor, non potest mutari. Dicit et propheta: Deus magnus et magna
uirtus eius et sapientie eius non est numerus. Optime nostis fratres karissimi qui corde
fortiter retinetis catholicam ueritatem. Audite tamen breuiter quod adiuuan- 2
te domino proposui explanare. Deus unus est pater, deus unus est filius, deus
unus est spiritus sanctus. Non tamen dicimus tres deos, et in uobis unius dei esse substantiam.

Ebrietas
Iracundia
Odium

Sed dicit hereticus quod si unum sunt, omnes sunt incarnati. Non, sed ad solum Christum pertinet
incarnatio. Nempe aliud est anima, aliud est ratio, et tamen in anima est ratio, et una est anima,
sed aliud anima agit, aliud ratio; anima vivit, ratio sapit; et ad animam pertinet
vita, ad rationem pertinet sapientia; et cum unum sint, anima sola suscipit
vitam, ratio sola suscipit sapientiam; et tamen nec anima sine ratione, nec ratio sine anima.
Sic et pater et filius licet unum sint, et unus deus sit, ad Christum solum pertinet
incarnatio, sicut ad solam rationem pertinet sapientia, sed non recedit ab anima.
Ecce aliud est in sole calor et aliud splendor. In uno radio sunt, sed calor
exsiccat, splendor illuminat; aliud suscipit calor, aliud splendor; et licet
calor et splendor ab invicem non queant separari, suscipit splendor
illuminationem, non fervorem; suscipit calor fervorem, non illuminationem;
aliud simul ad singula agunt, et tamen ab invicem non separantur. Sic et
filius suscepit carnem et non deseruit patrem, nec se divisit a patre. Susce-
pit inquam filius carnem ipse, et tamen pater et spiritus sanctus non defuit ma-
iestate. In divinitate equalitas, in carne sola filii proprietas. Et ergo
una deitas sit, una divinitas, impleverunt quidem carnem Christi pater et
spiritus sanctus sed maiestate, non susceptione. Vis scire quia cum eo sunt et pater?
Non sum inquit dominus Christus solus, sed pater mecum est. Audi et de spiritu sancto
quia cum eo erat. Baptista refert quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est
ab iordane. Ecce quomodo Iesus Christus suscepit carnem, et tamen pater et spiritus sanctus
non defuit maiestate. Sic celum et terram implet pater, implet spiritus sanctus;
carnem Christi deserere non potuerunt qui in divinitate trinitatis manserunt.
Ad hoc citharam respice ut musicum melos tonis dulcibus reddat.
Tria pariter adesse videntur: ars, manus et corda; et tamen ars dictat,
manus tangit, resonat corda. Tria pariter operantur, sed sola corda personat
quod auditur; nec ars nec manus sonum reddunt, sed ea cum corda pariter
operantur. Sic nec pater nec spiritus sanctus susceperunt carnem, et tamen cum filio
pariter operantur. Sonum sola corda dissonat(?), carnem solus Christus accepit.
Operatio in tribus consistit, sed quomodo pertinet ad solam cordam soni redditio,
sic pertinet ad solum Christum carnis humane susceptio. Et iudeus: Iudeus
Deum, inquit, parere virgo non potuit. Detestandus manicheus: Manicheus
Si caro erat, virgo eum non potuit; si virgo peperit, fantasma fuit. Arrius
Utrisque uno respondeo de hystoria veteris testamenti, utrumque convinco iudeum
quod sonuit auribus vestris. Dominus Moysi sancto precepit de singulis tribubus
virgas afferri. Allate sunt xii virge, inter quas et una erat quam Aaron
ferebat sacerdos, et posite sunt a sancto Moyse in tabernaculo testimonii.
Virga autem Aaron post alterum diem inventa est produxisse flores et frondes
et peperisse nuces. Delectat hoc misterium cui tante est iniqua perfidia unde
ovum commisce ubi mare(?) fia meruit sacri. Virga hoc protulit
quod ante non habuit, non radicata, plantata, non defossa sarculo,
non arata, succo non fecunda seminario. Et tu illic discerne unde sa-
nivam(?) protulit virga quod in semine suggeri potuit; nuces (?) radice virga ergo potuit
... educere; virgo non potuit ... filium dei generare.
Dicat ergo iudeus incredulus quemadmodum arida virga floruit et

frondiuit et nuces protulit, et ego dicam illi quemadmodum concepit virgo et pe-
perit. Sed ipse forte indignum conceptum virginis potuit explicare non virginis partum,
veniat ad cetinam exponat illi ut cognoscat verum ordinem offici-
nalis, virgo peperit tempore pariendi, virga autem non habuit tempora germinandi
Illa cum decursis novem mensibus peperit, virga autem alio die quod nata
non habuit germinavit. Confundatur iudeus qui virgo parere non potuit,
Deus enim qui miraculi genus insignium ostendit ut asina loqueretur ipse mirabilius
Nu 22 | Deus cum qui facere potuit ut Christus de virgine nasceretur. Audiat et visitatum manifestum
facere potuit. Solis radius specularem penetrat et soliditatem eius in-
cidens ad interiora subtilitate pertrahit et tamen ut intus eius qualitatem extra eius ita neque
ingrediens violat neque cum egreditur dissipat, quia ad ingressum et egressum
eius speculum integrum perseverat. Specularem ergo non rumpit radius sol-
is: integritatem virginis ingressus aut egressus nunquam vitiare poterat dei.
Sed quid ultra immoramur? audiat iudeus quod non vult audire.
Ex quo maneat quod ille perficiat in fide redemptus et ecclesia deficiat
iudeus. Virga illa de qua agebamus aaron virgo maria fuit que
nobis verum sacerdotem concepit et peperit de quo david cecinit dicens:
Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Sumptor namque
ipsius iam dixerat: Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon. Et
Ys 11 | ysaias propheta aperte mariam sanctam designat dicens: Exiet virga de
radice yesse et flos de radice eius ascendet, et requiescet super eum
spiritus dei, spiritus sapientie et intellectus. Eius germen virga nuces produxit, ymago
ymago dominici corporis fuit. Nux enim trina habet in suo corpore sibi unione
corium testam et nucleum in corio caro in testa ossa in nucleo interior
anima corporis. In corio nucis carne significat salvatoris que habuit in se asperi-
tatem vel amaritudinem passionis. In nucleo interiori declarat dulcedi-
nem deitatis que tribuit pastum et lumen subministrat officium in testa ligni
insensibilis crucis qui non discernit id quod foris et intus sed que terrena
et celestia fuerant mediatoris ligni interpone sociantur dicente apostolo
terrena per sanguinem crucis sue pacificans omnia que in celis et que in
terris. Vos interrogo quoque o iudei qui usque hodie negatis filium
dei nomine vestro et illa quem cum videbatis miracula facientem
atque temptantes dicebatis: Quousque animas nostras suspendis? si tu
es Christus dic nobis palam. Ille autem vos ad considerationem miraculorum
mittebat dicens: Opera que ego facio ipsa testimonium perhibent de me, ut Christo
testimonium dicerent non verba sed facta. Vos autem non agnoscentes sal-
vatorem qui operabatur salutem in medio terre. Adicientes in malum
atque dicentes: Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum. Sed ad
hec ille quid vos vidit audire noluistis: Nonne scriptum est in lege
vestra quia duorum hominum testimonium verum sit? Procedat doctor legis, interr-
ogetur de lege testimonium quid de Christo. In lege vestra scriptum est quia
duorum hominum testimonium verum sit. Procedat ex lege non tamen duo sed
et plures testes Christi et quicumque auditores legis nec fictores. Dicat
Isai 7 | Ysaias testimonium Christi: Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium

et vocabitur nomen eius emanuel quod est interpretatum nobiscum deus. Accedat et | Baruch 3.
alius testis. Dic et tu Ieremia testimonium Christo. Hic est inquit deus noster et
non estimabitur alius absque illo qui invenit omnem viam sciencie et dedit eam
Iacob puero suo et israel dilecto suo; post hec in terris visus est et cum hominibus
conversatus est. Ecce duo testes ydonei ex lege vestra, ex quorum
testimonio non est conpuncta contradictio vestra. Sed alii atque alii ex lege Christi | Daniel 9.
testes introducantur, ut frontes durissime inimicorum conterantur.
Veniat et ille daniel sanctus iuvenis quidem etate senior vero sciencia
ac mansuetudine, convincat omnes falsos testes sicut convicit seniores
impudicos. Ita suo testimonio Christi conterat inimicos. Dic sancte daniel
dic de Christo quod nosti. Cum venerit inquit sanctus sanctorum cessabit unctio.
Quare illo presente cum insultantes dicebatis: Tu de te testimonium dicis,
testimonium tuum non est verum. Cessavit unctio vestra, idcirco ipse est qui veniat
sanctus sanctorum, sicut vos dicitis nondum venit, sed expectatur ut veniat
sanctus sanctorum. Demonstrate unctionem. Si autem quod verum est cessavit vestra
unctio, agnoscite venisse sanctum sanctorum. Ipse est enim et lapis ille abscisus
de monte sine manibus concidentium, id est Christus natus de virgine sine ma-
nibus complectentium, qui tamen crevit ut mons magnus fieret et
impleret universam faciem terre. De quo monte dicit propheta: Venite ascen-
damus ad montem domini. Et de quo david dicit: Montes dei montes uberes,
ut quid suspicamini montes incaseatos, montem in quo placuit deo
habitare in ipso. Cum ipse dominus Christus discipulos suos interrogaret: Quem dice-
rent esse homines filium hominis, Responderunt: Alii helyam, alii Ieremiam,
alii unum ex prophetis. Et ille: Ut quid suspicamini montes incaseatos
montem in quo placuit deo habitare in eo. Hunc cognovit petrus dicens: Tu
es Christus filius dei. Agnovit montem et ascendit in montem, testimonium dixit
ueritati et dilectus est a monte. Super petram fundatus est petrus qui mor-
te suscepit illum amando quem ter negaverat timendo. Dic et tu | Deut.o 18.
moyses legislator, dux populi israel, testimonium Christo. Prophetam nobis
suscitabit dominus de fratribus vestris; omnis anima que non audierit prophetam illum
exterminabitur de populo suo. Prophetam autem dominum Christum. Ipsum audi in ewangelio
Christum: Non est inquit propheta sine honore nisi in patria sua. Accedat autem | David
david sanctus testis fidelis ex cuius semine processit ipse cui lex et prophete
testimonium dicat et ipse de Christo. Adorabunt inquit eum omnes reges
terre, omnes gentes servient illi. Cui servient, vobis audientibus: Dixit dominus
domino meo sede ad dexteram meam donec ponam inimicos tuos scabellum pe-
dum tuorum. Et expressius atque nominatim: Quare inquit tumultuate sunt gentes
et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terre et principes con-
venerunt in unum adversus dominum et adversus Christum eius. Accedat et alius testis. | Abacuc 3.
Dic et tu Abacuk propheta testimonium Christo. Domine inquit audivi auditum
tuum et timui, consideravi opera tua et expavi. Quare opera dei iste
miratus expavit? Numquid fabricam mundi iste miratus expavit? Absit.
Sed audi quid expavit: In medio inquit duum animalium cognosceris. Opera
tua deus verbum caro factum est. In medio duum animalium cognosceris. Quousque
descenderit expavescere me fecit. Verbum per quod facta sunt omnia in presepe iacuisti.

agnovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui. In medio duum animalium
cognosceris, quod est in medio duum animalium cognosceris. Id autem in medio duorum
testamentorum, vel in medio duorum latronum, aut in medio moysi et helye
in monte cum eo sermocinancium. Deambulavit in terris verbum et exivit in
tempore. Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Hoc et Jeremias ait, post
Baruch 3 hec in terris visus est et cum hominibus conversatus est. Ecce quemadmodum et
fuerunt testes veritatis, ecce quemadmodum vincunt filios falsitatis.
Sufficiunt nobis ista o iudei. Sed adhuc ad maiorem confusionem
ex lege et ex gente vestra alios testes introducemus ut illi tes-
timonium perhibeant. Cum predicta mente insultaretis dicebatis
Sed de tempore testium perhibes testimonium tu unde est verum? Sic nollem ex
lege et ex prophetis omnia que de christo dicta sunt colligere fatigatus et tempus
quam copia deficit. Venientem senem illum ex gente vestra natum et in medio
Luce 2 modo non velatum sanctum Symeonem in medio introducam qui meruit
tenere decrepitus in hac luce quousque videret veram lucem que quidem
iam etas compellebat ire, sed expectabat suscipere quem sciebat ve-
nire. Cum iste senex admonitus esset a spiritu sancto ex anno moreretur
quam videret christum dei natum eumque cognitum perrexit ad templum
ubi cum eum portari matris manibus videt et divina infancia pia
senex agnovit tulit infantem in manibus suis. Ille quidem christum
ferebat, sed christus senem regebat. Regebat qui portabatur ne in eam per-
ferebat, sed christus senem regebat
missum a corpore solveretur. Quid tamen dixit quem tu confessus fuit ad
veritatem inimici non christus sed vir. Benedicens deum exclamavit senex et
dixit. Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt
oculi mei salutare tuum. Illi et parentes Johannis zacharias et elyza-
beth iuvenes steriles in senectute fecundi dicant et ipsi testimonium de
christo, ut sentiat et teste ydoneum christo invitiant. Dicit enim
Dicat de christo quis senciat et teste ydoneo christo invitiant. Dicit enim
suo primo nato. Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim
ante faciem domini parare vias eius. Ipsi que mater et virgo elyzabeth ait
unde hoc ut veniat mater domini mei ad me, ecce enim ut facta est vox
salutationis tue in auribus meis exultavit in gaudio infans in
utero meo. Intelligens enim Johannes venientem dominum suum venisse ad sua
inter ipsas angustias uteri adhuc post conmotum salutat
quem voce non poterat, cui precurrere Johannes precursor et amicus hu-
milis et fidelissimus suus testis ydoneus effectus tanto maior est
in natis mulierum quanto eo existimabatur esse quod non erat. Christum enim esse
cum iudei credebant, sed non se esse clamabat dicens qui me suspi-
camini esse non sum ego, sed ecce venit post me cuius pedibus non sum
dignus solvere corrigiam calciamenti eius. O fidelis testis et amice
veri sponsi quanto se humiliavisses si ad corrigiam calciamenti eius
solvendam dignum te esse dixisses, sed dum hunc non te dignum dicis in-
credulis falsis testibus contradicis, et hec ante dicta sunt antequam christum videres
qui cum ad tempus venit excelsus humilis implendo dispensationis
sue gratiam a te baptizaretur qui nullum habebat omnino peccatum quod diluendum

que cognovimus quale testimonium protulit audiamus. Iam igitur audite nolite
Ecce inquit agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Et adiecit
Tu ad me venis baptizari? ego a te debeo baptizari. Agnovit servus
